

ANTIPOLOG

ADVERSVS

CALVMNIATORES

DOCTISSIMI PATRIS IOANNIS

BAPTISTÆ POZA,

SOC. IESV.

BEATÆ MARIÆ SEMPER

*Virginis propugnatoris acerrimi.*

AUCTORE DOCTORE

Simone Ramos, Medico à cubiculo Ex-

cellentissimi Ducis de Medina


Sidonia, &c.



CON LICENCIA.

*En Antequera, Por Manuel de Payua Botello, impressor de libros.*

Año de M. DC. XXX.



PRÆFATIO, ET BREVE  
Panegyricum ad Virginitem  
Deiparam.

I Salomon, cum Israelitico populo in dedi-  
cat. one Templi, ex lapidibus facti, tam co-  
piosam, & magnificum sacrificium solem-  
niter celebravit: quāto exultare debemus,  
& magis celebrare hoc ipsius Redemptoris Sacre-  
rium, ad quod Deus ipse descendens & naturam humanam  
in se recipiens cum hominibus dignatus est visibili-  
ter habitare. Licet enim in illud Salomonis Templum  
Deum de se descendisse credendum sit, in hoc tamen ratio-  
nabili sanctuario; hoc est in Beatissimæ Virginis utero  
multo mirabilius, multoque felicius dignatus est pro-  
nobis manere. in quo Verbum factum est caro, & in  
nobis habitavit.

In illo Templo Deus omnipotens gloriam quidem  
sui aduentus; sed nihil ex eo in sua natura suscepit: in  
Beatissimæ autem Virginis utero, non solum digna-  
tus est descendere, sed ex eo etiam perfectam sibi inof-  
fensam nostræ mortalitatis carnem. Ecce intemerata, &  
gloriosa Virgo in lege præfigurata. In Patriarcharum.  
& Prophetarum oraculis prænuntiata, ab Angelo sin-  
gulari honorificentie privilegio salutarata, thronus Dei,  
solum diuinitatis, pallium Regis æterni, Gazophylac-  
cium thesauri, quo sumus decruenti prædonis scruti-  
nio comparati, nobis proponitur defendenda ab erum-  
inis mulierum comercibus, ab spurcitijs fragilitatis  
humane liberanda. Rem non nouam aggredior, sed  
longe lateque patentem: namque, si mundi Regina na-  
ta est, fenestra cœli, ianua Paradisi, Tabernaculū Dei,  
Stella maris, Scala cœlestis, per quam supernus Rex  
humiliatus ad ima descendit, & homo qui prostratus  
lacebat ad superna exaltatus ascendit, Stella mundi ap-  
parens per quam Sol iustitiæ mundo illuxit, illa videh-  
et Virgo ex qua processit speciosus forma præ filijs

## Panegyricum

hominum, & tanquam sponsus de thalamo suo prodijt ex utero matris, quæ templum fieri meruit totius sanctissimæ Trinitatis, de qua completa est Prophetia illa, quam eximus Prophetarum Frâtas, quasi præco. f. c. us, aduentum Regine mundi magna voce clamauit. *Agredietur virgine de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.*

Si ista de hac Virgine, & plura multa prædicantur, quare hanc Dominam ab humanis spurcitijs liberari fas non erit. Hæc quæ dixi in præclaris Petri Damiani concionibus habentur, sed simul alia multa per questionem postea monstrabo. & Virginis corporalem pudicitiam a foedis naturæ nocuentis fore liberam agant. Pudet sanè pigetquæ, de aliquibus commemorare, qui Mariam Virginem Ecclesiæ matrem has, aliaque prærogatiuas, & præter naturæ humanæ ordinem excellentias habuisse non permittant. Interea vero ne omnino nihil agant, suam naturæ puritatem in foeditatem excrementorum conuertunt; quò circa huius deprauati, ne dicam furiosi decreti improbitate permotus continere me non potui, quin maledictis benedicta opponerem, & pro mea erga hanc talem, tantamque matrem obseruantia, scriberem aliquid; quod si placere non possit aduersarijs, illustriorem saltem doctrinam fortassis amicis reddam. *Quod opus, si verum fatendum est, non in mediocri labore conficio; quia bellum cum hostibus superciliosis confingo, qui toties tergiversantur, excipiunt, mordent, reijciunt, calumpniantur, nullo interim rationum pondere muniti, nullaque veterum autoritate commoti, nisi quod suo, suorumque palato vellint satisfacere.*

Utinam saniores mentem largiatur Deus, ut quid quid dicatur, non vero quis dicat attenderent, ac veritatem ipsam omni studio candidè peruestigarent, nec tanto supercilio in explorata damnarent, nec de alienis, tam temere iudicaret, quod si nauseabundi respuant, quæ de Mariæ munditie corporali, & natiua multi viri veteres crediderunt, docuerunt scripserunt quæ, non de erunt tamen alij, pio magis iudicio, sapientiaque præditi, qui ea non modo libenter amplectan-  
tur,

tur, sed cum fructu etiam legant, sibi que persuadeant, Deum, ut alibi saepe, ita hic in Maria Virgine gloriosum & admirabilem extitisse; fuisseque & sapientissimam Mariam amatorem nihil pratermississe, quod ad primam, & solam electæ domus suæ constructionem, & munditiam spectaret: etenim quò maior personæ huius dignitas erat, quò excellentiori etiam officio illa destinabatur, eò amplius referebat singularè, & ingentem curam accedere, atque ut iacta iam tantæ virtutis, & grætiæ quasi semina foeliciter excrescerent, providere. Ex quibus de ista munditiæ indicari facile potest non vulgarem, sed excellentem, & absolutam fuisse. Còsentaneum enim erat in hac illustri creatura enutrienda observatum esse quidquid ad tantam dignitatem pertinebat, & auferendas omnes naturæ maculas, & imperfectiones, quæ in humana natura reperiuntur. Vnde Cedrenus, & Georgius Nicomediensis affirmant, Mariam in templo ab Angelo nutritam fuisse. *in compè.* Quod nò video, cur suspecta, vel incredibile narratio deo potest debeat existimari, præsertim, quæ ad eius rei confirmationem scribit doctus Georgius aquis animis expendantur. *Tu autem homo (inquit) admirabilem & novam virtutem Georgius in templo virginem audiens Virginis, velli examinare ratione ea, Nicomediæ que capere non potest cogitatio. Hæc ipsi Dei Verbum modo in fide obligabili habitasse in eius utero, & contendes fuerit ne alimentum quo, utitur nempe Maria, vesceretur, materiale, an expers materia? Vides paginis in terno consilio Spiritus in ea admirationem & de ministerio Angelorum. Nihil dubitas: Nihil est dubium ex his, quæ sunt castissimæ Virginis, ex eius magnalibus nihil est, quod non sit conveniens, omnia virtute ipsa sum confirmata; oportebat enim divinum tabernaculum duceri talibus ascerfensibus, oportebat agnam immaculatam tali excipi conuicio, talibus cibis excitari.* Hæc Georgius. Sed si ista non diffitearis miraculosa, negaveris tamen naturalia: Videbis postea multa peregrina in rerum natura sine miraculo extitisse. Quid mirum, quod in hac celestii fabricæ Deus omnipotens, ita naturam temperauerit, & organa disposuerit in ipso Annæ sanctissimæ utero, ut quæ ab illa præter communem naturæ ordinem procederent actiones, fuissent sibi connaturales, supposito

In quæ-  
 stione ven-  
 tilanda.

## Panegyricum

mi.culo suæ Conceptionis. Consonum enim erat, vt præclara præsidia, & ornamenta, quæ ad sanctissimum corpus Virginis rite moderandum, & gubernandum faciunt, diuina illa bonitas impertiret; in hunc finem dedit tale temperamentum ab initio, vt quæ ab illo promanarent operationes peregrinæ, non miraculose, sed naturales forent, in hunc etiam finem posum, & cibum delicatissimum, & subtilissimum vitæ sustentandæ necessarium temperatissimè sumebat; certumque in vigilijs modum tenebat, & in ijs quæ corpori amica, vel molesta esse solent singularem quandam temperiem adhibebat, in quorum confirmatione lectorè inuitò, vt legat sanctæ Birgitte libros, & cum hæc sancta vidua virginem æquè illustrem, & gratam Christo Mechthildem libet cõiungere, quædo quidem, & ipsa diuino spiritu illustrata, & in sacris reuelationibus probè, sanctèque versata de matre Domini memorari digna prodidit; legat etiam Ambrosium, qui inter alia, quæ Mariæ tribuit, annumerat cibi parsimoniam, dies ieiunio congeminos, & quod victum ad necessitatem, non ad voluptatem perceperit. Adfiscamus Poëtam Christianum, pium & disertum, proferentem de cibo sequentia carmina.

B. Mar.  
207.

*Cura cibi somniquè breuis; quæ pasceret artus,  
Pauperibus mensis geniam fraudabat, Et ora,  
Et castigato tollerans ieiunia ventrem  
Carmina discibat, sanctique poemata Regis.*

O Virgo candidissima, quæ matris gaudia sentiens, damna verò matris, incendia matris, libidinem matris, & sordes, angoresque parientis, nec leniter quidem experta fuisti; sancta, & immaculata: quibus te laudibus effragari nescio, quia quem cœli capere nõ possunt, tuo gremio contulisti. Frepant igitur, ac fredant demones, oblatrent nimum philolophantes, qui has illustres mundæ naturæ dotes in Virgine non permittunt.

Receptui igitur canentes, finem imponamus huic orationi, non quod satis de Maria Virgine, de naturali


## *Ad Virginem.*

4

supernaturali viuendi modo dictum esse putemus  
quid enim ad tantæ Virginis gloriam, atque splendo-  
rem satis adferri vnquam possit) sed quod hæcenus  
illara, humano quidem, cædidoque lectori sufficere ar-  
bitremur; reliqua vero, quæ per quæstionem tractari  
possunt, in certamen adducetur. Quidquid autem hoc  
inter cetera minis, ac operis, quod non gloriolæ cap-  
tandæ studiosus cceptum, & nunc tandem duce Chris-  
to confectum in lucem profero, id nulli alij liben-

tius quam Virgini sanctissimæ nomi-  
natis dicare volui.

(:;:)



ANTI-

A N T I P O L O G I A E,

PRIMA PARS.

Iam ergo ad portum appulimus, confis-  
tamus pedem, & effusiori quadam ora-  
tionis serie sigillatim explicemus quaes-  
tiones, & contrarijs pro posse respon-  
deamus.

*Prima quaestio est. Vtrum corpora huma-  
na in statu innocentiae in Paradiso pos-  
sent naturae viribus esse immunia omni-  
bus crasioribus excrementis?*

De cuius declarationem indagare libuit alia  
principia de immortalitate, & impassibi-  
litate, quibus homo in illo statu potiretur,  
sed non defuturos ominor, qui vbi conf-  
pexerint medicum argumenta Theologica, & sacre  
Scripturae tractare, confestim exclament, *Ne sutor ultra  
crepidam.* Tum id.

*Homerus*

*Quam quisque norit artem, in hac se exerceat,*

*Quod medicorum est promittant, medici,*

*Tradent fabrilia fabri.*

*Seneca e-  
pist. 48.*

Sed me ab hac culpa liberavit Seneca, qui argoté satis,  
ait. *Apes enim imitari debemus, qui vagantur, & flores ad mel  
faciendum idoneos carpunt, deinde quidquid attulerint disponunt,  
ac per fauos digerunt: sic nos debemus, quaecumque ex diuersa lectio-  
ne congregimus separare, deinde adhibita ingenij nostri facultate in  
vnum saporem varia illibamenta confundere.* Dubitant ergo  
Theologi an potuerit homo in statu innocentiae con-  
seruari



seruari immortalis, & impassibilis quæ controuersia non de potentia Dei absoluta intelligenda est, nam de hac nullus, quamuis excors, dubitare poterit. posse Deum efficere hominem, sicut Angelos, impassibile, & immortalem: erit ergo intelligenda sic: An poterit naturaliter cum impassibilitate, & immortalitate conseruari.

Has difficultates Diuus Thomas pertractat, sed diu <sup>p. 749</sup> tam prius de immortalitate breuiter aliqua & postea de impassibilitate, ut clarius sic prosequat intentum.

Dico primo. Hominem in statu innocentie futurum fuisse immortalem. Hanc conclusionem oportet explicemus, supponedo duplicem considerari immortalitatem à Theologis. Prima est, secundum quam quis posset non mori. Altera secundum quam non posset mori.

Prior est de fide certissima, quam probat Valentia multis auctoritatibus ex Diuo Augustino, & Concilio, nec in hac veritate probanda immerari oportet.

Posteriorem immortalitatem non habuisset homo, cum illa solis Beatis concedatur. Quod autem ad impassibilitatem attinet, qua est maior difficultas, sciendum est, tripliciter hominem posse dici impassibilem. Primo, quia nullam omnino rem, nec perfectionem possit suscipere. & hoc modo non fuit impassibilis secundum corpus, potuisset enim calcificari, nurriri, & qualitates aliquas in se retinere.

Secundò, quia nullam rem possit suscipere per quam priuaretur aliqua alia dispositione, seu forma accidentali, & nec isto modo fuisse impassibilis, quia per incrementum corporis, & progredum a tatis potuisset suscipere dispositiones aliquas, habitui naturali corporis in vnaquaque ætate conuenientes, per quas alia antecedentes dispositiones fuissent exclusæ, ut certam quandam siccitatem, maiorem ac firmiorem soliditatem partium corporis humani; item amississet aliquid de humido naturali, quod per nutritionem fuisset itauratum.

## Antipologia pro R. P.

Tertio modo, quia non posset vllam rem suscipere per quam priuaretur aliqua meliori dispositione, & ad interitum, atque corruptionem tenderet.

2. *Cōclus.* Dico secūdo: Hoc modo tertio communis, ac certa est Theologorum sententia, scilicet, hominem in illo statu fuisse impasibilem, quia erat immortalis, vt supra diximus.

Disp. 8. Et vt melius hanc conclusionem comprobemus, videre licet, quoniam fuerit causa huius impasibilitatis in illo statu. Multas affert doctissimus Gregorius de Valentia, quas poterit videre cruditus, nam ego prolixitatem timens prætermitto ex instituto hic afferre cum alibi referendæ sint aliqua: solum animaduerte oportet, hominem in illo statu felicissimo non fuisse immortalem, & impasibilem ex propria natura: fuit enim ex contrarijs compositus, quia propter necessarium naturaliter erat corruptibilis, habebat enim causam corruptionis suæ in se ipso, nam cum calidum naturaliter humidum consummat, vita autem conseruatur per calidum, & humidum, defectus humidi necessario causaret corruptibilitatem, & ab intrinseco in-

teriret, & senesceret homo; vnde Diuus Augustinus docet, hominem in statu innocentie tunc mortalem per naturam, tamen non fuisse in eo statu mortuum. Erat igitur diuinitus immortalis, Deo munere peculiariter. Sic tenent scholastici, & ipse Augustinus, inquit *Mortalis erat conditione corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris. Quare duo Pontifices, Gregorius Decimus & Pius Quintus, damnarunt hunc articulum, Immortalitas primi hominis non erat gratia beneficium, sed naturalis eius conditio*, vide Becanum de opere sex dictum, & Vazquez

Becanus c. 4. q. 1. ex multis Patribus affert mortem, & alias ægritudines corporales esse pœnam peccati primorum parentum. Hæc non tollunt quominus, etsi homo fuisset et sua natura mortalis, non adfuisent causæ naturales, quæ homini immortalitatem, & impasibilitatem causarent. Inter causas igitur impasibilitatis, & immortalitatis afferunt omnes de fide fuisse lignum vitæ. *Cibus aderat (inquit Augustinus) ne esuriret, potus ne sitiret, lignum*

*ignum vitæ, ne illum senectus dissolueret.* Fructus ergo huius arboris eam vim habebat, vt non debilitaretur calor naturalis per continuam eius actionem, & repaſionem in nutritione, ſicut nunc debilitatur vsque ad interitum, habebat enim virtutem corroborandi & iſtaurandi hominis ſubſtantiam, atque adeo etiam calorem eius naturalem, vt is non diminueretur propter admixtionem continuam humidi extranei ex ciborum viſu accedētis. Hinc patet diſcrimen, quod fuit inter ſtatum innocentie, & noſtrum, quod hac ſimilitudine poteſt explicari. Si eſſet amphora vini ex qua quotidie gutta deperderetur & in eius locum alia gutta reponeretur aquæ, tunc fieret reparatio quoad quantitatem, non tamen quoad qualitatem. quia virtus vini paulatim debilitaretur, propter admixtionem aquæ; quod ſi eſſet alius liquor qui vim haberet naturalem, virtutem vini (quando deficit) reſtaurandi, tunc vinum quoad quantitatem, & bonitatem poſſet perpetuo conſeruari: prima ſimilitudo habet locum in preſenti ſtatu ſecondæ in ſtatu innocentie, quia cibus ille, ex propria natura, humidum radicale recuperabat eadem bonitate, & naturalem calorem corroborabat, ideoque in illo ſtatu homines diuinitus fuiſſent immortales per cauſam naturalem immortalitatem efficientem, quia diuinitus, & eximio Dei beneficio fuit ab ipſo creatum ignum vitæ, hanc virtutem naturalem habens corroborandi, ſcilicet, calorem, & reſtaurandi humidum. loeatur Strabus, & Victorinus; & quamquam D. Bonauentura, & alij aliter ſentiant, mihi prior opinio magis arridet, quam ſic probo: Quia ſi fuiſſet ſupernaturalis, non manſiſſet poſt peccatum Adami, & nec Adamo peccatori profuiſſet, ſicut virtus Sacramenti, quæ ſupernaturalis eſt, non prodeſt homini ſuſcipienti in peccato, at virtus ligni profuiſſet Adamo peccatori, vt patet ex eo. *Ne forte ſumat deligno vitæ, & viuat in æternum.*

Ex his colligere oportet, & ex ſuppoſito beneficio, quo Omnipotēs diuinitus perſtrabat Adami immortalitatem, quod multa naturali conſecutione contin-

## Antipologia pro R.P.

gerent in illo statu præter communem ordinem, quæ gubernatur corpora modo per peccatum corruptibilia, & passibilia. Nam tunc in illa prima innocentia sicut arbor vitæ reparabat humidum, & confortabat calorem naturalem, ne repatiendo absumeretur, sic etiam crassa, & putrida excrementa non permetteret congregari in intestinis, & alijs partibus à natura destinatis, ubi potuissent fortasse alias causas mortis intrinsecas excitare: tum vel maximè, quia fructus quibus homines uiderentur adeo, sic fuissent producti summa Dei providentia, ut nec corrupti, nec male coqui possent, nec ætere generitate nullam haberent, sed vnde quæque fuissent optimæ substantiæ, facilius coctionis, citiusque nutritionis, & si quæ superfuissent excrementa terrea, & falliginosa, quæ resolutioni non cederent, in pilos, & ungues venustatem ornantia migrarent: quæ enim lignum vitæ tali virtute condidit naturali, alios fructus efficeret, qui nullam substantiam excrementariam haberent, nisi partem ad pilos, & ungues generandos idoneam, partim ad resolutionem paratam.

Sed dubitari potest sic. Terreus hic habitus crassus, & falliginosus ad cutim per poros exhalans, qui materia excrementosa pilorum, & unguum est in mento, barba, & capite ad reverentiam & pulchritudinem pertinentens, quando certam mensuram excedit, solum horribilitatem, & foeditatem causare, & ungues quotidie crescendo, manus pedesque reddunt inter ferarum, & brutorum, quare vel tondendi erant instrumentis, quæ in fodinijs ferrarijs efficerentur, & ad hos usus varias officinas fabricare oporteret, vel manerent valde de se dantes homines: si primum concedamus, in calamitates varias, quas nunc experimur, incidere mus, si secundum istum ille miserimus etiam foret, & non fortunatus, in quo nocere, de se dante, gravare, inficere, efficere, molestare, multa reperirentur, scilicet, excrementa pilorum, ungues, & alia huius generis, & co infelicior fuisset, quia careret instrumentis, & ferramentis, quibus ungues, & pili secarentur.

Hoc argumento contrarij oblatrant, & ardent. ut

possint

possint scripta Reuerendissimi Patris mordeant, & in-  
 irant, accusant illum, miserentur ei, quod in statu illo  
 felicissimo non inuenit instrumenta quibus ponat  
 modum vnguibus, & capillis crescentibus; & maligne  
 blasphemant contra tantum Doctorem, luciferinaque  
 commenta contra illum stabiliunt: si enim peccato  
 talmo eius scripta legerent, submurmurationem au-  
 gerent. Pergant autem isti, prout vellint, maledicere,  
 viamque veritatis obscurare. De his hominibus Di-  
 uis Petrus prædixit. *Sepulcrum enim patens guttur eorum, os  
 plenum in uleditione, & amaritudine.* Quis enim in illis resi-  
 det candor? Quæ prudentia, vel æquitas esse potest,  
 cum doctissimum istum Patrem piissimum, & reli-  
 giosissimum tam atrociter accusant, tantoque super-  
 cilio damnant? Hæc enim omni vanitate remota sine  
 artificio vilo, diuine quasi spiritu afflatus, & Euange-  
 lica charitate confirmatus, magnaque religione permou-  
 rus, Virginem mat. em acerrime defendit, & liberat  
 ab originali peccato, & alijs imperfectiõib⁹ per illud  
 contractis.

Etiam  
 Psal. 33.

Sed veniamus ad rem. Non vident isti, quasi lumine  
 obsecrati, responsiones varias quibus doctissimus Po-  
 za satisfacit? Primo respondet: *In esu arboris vitæ imouan-  
 da corpora; quæ illa instrumenta secandi, tondendi vè succurrissint,*  
 & hoc fortasse fundamento locutus est, nam sicut ser-  
 pentes veteri expoliatur pelle, nouamque recuperant:  
 & sicut aues pennis renouantur; & animantia, pilis,  
 statuti à natura temporibus; sic fructus ligni vitæ in  
 nouationem in homine causaret in pilis, & vnguibus  
 per eius esum, & sua sponte in terram adjacentem, quæ  
 nimia essent, deciderent.

Secundo responder. Nulla ibi futura capillorum, &  
 vnguium excrementa superflua; nam que madmodum  
 non crescunt cilia, & supercilia, sic nullam futuram vn-  
 gulam, & capillorum nimiam superfluitatem, sed so-  
 lum quod ad venustatem atineret.

Tertio respondet: Esse probabilem sententiam, vt  
 singula ex muneribus, aut pleraque exiis, quæ non vi-  
 dent; in Paradiso, & innocentia statu conringerent,

## Antipologia pro R. P.

atque ita tonsores, fabros, metallarios & artifices, futurus; verum ea conditione, vt molestum nihil in agrarium exercitio, nihil humile, aut coactum videretur, quod ex hoc colligitur, nam vt primū Adamus fuit plasmatus; tulit eum Dominus, & possuit in Paradiso voluptatis, quem ad hoc plantauerat, vt operaretur. Custodiret illum: præcepitque ei, vt ex omni ligno comederet, præter lignum scientiæ boni, & mali. Aspice quod antequam præceptum imposuit, tulit Deus hominem, & possuit in Paradiso, vt operaretur, & custodiret ipsum. Ex quibus apertissime colligitur, Adamū in illo statu operaturum, sed deliciose, & magna cum animi voluptate, quem admodum de Regibus multis, & Imperatoribus proditum est, qui ex agri, seu vinearum, hortorum ve cultura maximum percipere solent oblectationem: ad cuius rei confirmationem vltiorem, videant quæ inquit D. Augustinus, & intelligent quam iocundum fuisset Adamo ante culpam in Paradiso operari.

*Lib. 8. de* Porro si quis recolat absolutum prope imperium, ac  
*Gen. c. 6.* dominium, quod idem Adamus super cuncta animalia habebat, quæ ei ad nutū parere non recusabant, quæ admodum postea nonnumquam visum est contigisse quibusdam sanctis quibus pisces, auesq; paruissæ, & feræ ipsas obtemperasse legimus: si quis (inquā) hæc ad memoriam reuocet, cognoscat non operosum, aut molestum futurum Adamo colere Paradisi terram; quippe qui sine vilo negotio posset iocundam quandam in eis jurisdictionem exercere, prout ei bonum, & oportunū videbatur; & reliquas artes necessarias in illa vita exercere.

Videant nunc calumniatores, quā flaccidas coniecturas præferant, & quam intrepidè, & temerè virum Christianissimum reprehendant, quali desertorem orthodoxarum opinionum, citant quæssio, seu excerpant ex eis aliqua leuia indicia errorum, quos tanto præceptori, & Magistro impurant; iudicent sapientes, vbi adiacet error, aut suspitio mala. Certe aduersarij honorem conantur adimere, & meritis laudibus eum defraudare;

audare, bonumque ingenium fructu suorum operū  
expoliare.

Et quamuis hæc absque miraculo fieri potuisse di-  
cat, nihilominus non ex omni parte naturalia fore af-  
firmat doctissimus Poza. Inquit enim pro parte natu-  
rali hominum alimenta, tunc nihil impurum exrenen-  
dum habitura, propter inuictam illam, etiã circa cor-  
pora, prouidentiam Dei. Tum præterea summa fuisse  
humani generis sobrietas, non enim copiosius alimen-  
tum sumeret, quam quod pro nutriendo corpore, desi-  
derandum esset: ita ut nihil omnino superfluum foret,  
nisi quod necessarium ad augmentationem, vel gene-  
rationem, vel ornatum, & venustatem videretur.  
Hæc ille, pro modo naturali: quamuis pl. probet  
hæc ratio, quam illius loci sit pertractare; & postea  
subdit aliqua, ex quibus probare videtur multa mira-  
culosa futura: sumpto exemplo ex prouidentia, qua  
Deus Hebræis in deserto Pharan vestes, & calceameta  
procurabat, ne à tēpore, collisione, & vsu veterascerēt.  
Hanc ipsam prouidentiam, ait, habuisse locum in Pa-  
radiso, ne capillamentum supra quam quis velleret, cres-  
ceret, ne etiam ungues sectionem desiderarent, in qui-  
bus Poza consentit, hæc miraculosè euentura; atque  
ita quasi problematicè respondet, & opinandi liberta-  
tem pro qualibet parte insinuat. Quo circa istorum la-  
tratus contemnendi, surdisque auribus transeūdi sunt.  
Esto sane ut isti perfractæ frontis esse pergant, ac bonas  
reprehensiones non capiant; sed istum virum probris af-  
ficiant. Quid? Ergo ne pij, & idonei tanti magistri pre-  
cones deerant, quos veritas, & iustitia ardentius pro-  
moueat?

Sed si hæc nō posse effici à natura in Paradiso magis  
ac magis exclamēt, quomodo credent raris medicorū  
obseruationibus, in quibus nullū apparuit miraculū;  
extantque, & proferuntur à multis consona testimo-  
nia, quæ omnem credulitatem superant, de abstinen-  
tia naturali. Legunt igitur per otium, qui volent, Ma-  
jolium in suis libris de diebus canicularibus; videbunt  
peregrina ab ipso narrata, multis testimonijs antiquo

Propuntū

tur pere-

grina his-

torix de

abstinentia

naturali.

Colloquio

de abstine-

tia fo. 119

## Autipologia pro R. P.

rum Philosophorum confirmata. Rondoletius ait fo-  
minam ad decimum ætatis annum peruenisse, sine ali-  
mento; tandem grandem factam nupsisse, & felicem  
prolem sustulisse. Germanam mulierem triginta an-  
nos, omnimoda inedia, vitam traduxisse; Ioannes Bo-  
catus scripsit. Romæ annos quadraginta sacrificum  
quendam sola aeris inspiratione vixisse; ex Hermodoro  
Barbari hitoria, fideque certissimum est. Et alterum  
se cognouisse Aristoteles narrat, cui hoc idem euenit.  
Quæ omnia meræ nugæ videri possunt illis, qui excre-  
menta crassa in Paradiso hominem non habiturum na-  
turaliter deſcgent. Namque si hoc quod minus est  
non concedunt, illud etiam quod minus est etiam ne-  
gibunt; ne parum cauti, & valde vehetes videantur,  
quia admirandas assertions inani quodam dicentis opi-  
nione affecti recipiant. Porro ita quæ de abstinentia  
narraui, naturalem habuisse causam, & non miracu-  
losam demonstrabo: nam si quis fuerit ex natura tem-  
perie humidior, frigidiorque parum appetet, & facile  
paucis satiabitur alimentis; quia deest calor, qui multum  
absumat substantiam. Hac ratione fit, vt animalia  
exanguia, quibus ob caloris paucitatem frigus est in-  
tensissimum, tota hieme latitent, & in locis subterre-  
neis tepidioribus vitam agunt sine alimento. Id docet  
experientia, cui bene consentit ratio: nam si alimentum  
necessitas est ad eius, quod perpetuo effluit, reparatio-  
nem, ne tam cito absumat, humor primigenius calo-  
ris nativi pabulum, quibus nil effluit, & fere nullus est  
calor, aliquo saltim spatio temporis nulla erit caloris  
indigentia, vel utilitas: at quia serpentes, lacertæ & his  
similia sunt natura frigidiora, calor in his per exiguum  
multum dissipat, & minus solito perhyemem, quia fit tan-  
guidior ex frigoris fauente; qua propter nullum fere est  
effluuium cute densata, & exacte constipata vi frigiditatis  
hibernæ, quantum vero est à languida animalia  
suscitatum fuliginosi excrementi ad ipsam cutim col-  
ligitur, quæ siccor, asperiorque euadens à subiecta pelle  
nullo corporis malo detrahitur; & id est vocatum  
serpentis spoliū, quod medio vere, exuere solet, cum



Sol ad nos rediens illorum calorem excusso torpore excitat. mobis ioresque euadunt: glires, & alpini mu-  
re non solum tota hyeme à cibo abstinere, & in som-  
no occupari, verum longe pinguiores euadere expe-  
rimeto habemus confirmatum: vnde Martialis.

*Tota mihi dormitur hyems & pinguior illo  
Tempore sum quo nil nisi somnus alit.*

Cocodrillum, ingentis magnitudinis belluam, quem  
refecere arbitrantur dum viuut (viuit autè longo tem-  
pore) quatuor menses hyemis, inedia semper trans-  
mittere in specu, auctor est Plinius: Quid ergo mi-  
fū, quod sic quæcumque natura frigida nimis, absque ci-  
bo multum perdurent? Quid enim nouo pabulo  
egēt, quibus insitum, vel appositum nihil absumitur?  
Quid vero absumet languens caliditas cum humidi  
appellui abundantia, & excrementitij humoris in cor-  
poribus acumulati nimia quantitate? Cum ergo mul-  
tus crassus, & viscidus fuerit humor, nihil dubium ad  
longum tempus protrahi vitam posse, nisi nihil ali-  
menti superaddatur, nam si calor exiguus, & langu-  
idus cum his reperiatur, non poterit multum humoris  
dissipare, ac per inde is diutissime resistet. En causa,  
cur ratio quare puella, & sacrificus tot annis vixerunt  
sine alimonia, quia tanta fuit illis humorum viscido-  
rum copia, vt calor natiuus eius consortio non minus  
ocunde foueretur, quam alterius noui, & diurni nu-  
trimenti appulsu, vixerunt enim sine cibo toto eo tē-  
pore quo humorum vbertas suppetiuit sua crassitie, &  
lentore, calore inualido existenti.

Hec rare si attentius examinare placet, videbunt ad-  
clararij, ex temperamento improporcionato proueni-  
re: quare ergo non causabitur ab euechrato crassorum  
excrementorum cōsumptio, in illo p. gterrimo statu, in  
quo diuina prouidentia erat adiutrix, ac præseruatrix,  
inhorum, & calamitatum, quæ naturam de fœdare,  
conturbare, & corrumpere possent; quæ absque mira-  
culo inquit acutissimus Poz. a fieri potuisset, quia tunc  
omnium alimenta, nihil habebant impurum ad exer-  
ndum: huic adiungebatur causæ summa humani

## Autipologia pro R. P.

Poz: lib  
2. fo 692  
fol. 2.

generis sobrietas; non enim copiosius alimentum sumeretur, quam pro corpore nutriendo desiderandum esset, ita ut nihil superfluum foret, nisi quod necessarium ad augmentationem, vel ornatum, & venustatem videretur; tunc vel maximè, quia statim in primordiis futuri erant pueri grandiores. Quod Dominus Augustinus à doctissimo Poza citatus insinuat: videretur, inquit enim, futuros infantulos, vel corpore perfectos, vel saltem aptos ad motus corporis exercendos, quibus ego annector: si hæc ita fuissent, habituros ab initio rem peramètum perfectissimum, nunquamquè crudam ætatem, quam modo pertranscunt, experturos. Ingenuè fateor Deum tuas iactabile opes, ut, quoad fieri posset, homo perfectissimè cõderetur, hocquè diuinitus, & miraculose prouiderum; cæterum ex supposito miraculo, quæ inde consequerentur merè naturalia fuissent. Daret itaque omnipotens in Paradiso temperamentum omnibus eucharatum, vel si nõ quoad pondus, saltem iuxta pondus exhiberet miraculosè; sed effectus procedentes ab illo naturaliter prodirent. Quibus sufficienter responderetur fastidiosus, vsquè ad nauisam, argumentis contrariorum, arreptis ab illo aduerbio *Diuinitus*, quod Poza doctissimus affert.

Corol:  
rium.

Depromimus ex dictis Corolarius sequens dicentes, Deum fecisse hominem immortalem, quia tamen corpus haberet natura sua corruptibile, ex gratia supernaturali (ut supradiximus) habuit homo potentiam non moriendi toto tempore, quo in statu innocentie permaneret; nam aduersus primariam senectutis, necnon interitus naturalis causam, quæ est humidi radicalis imminutio, atquè defectio, ad quam necessario consequitur (pabulo, scilicet, deficiente) omni moda naturalis caloris extinctio, sine quo vita hominis consistere nullomodo potest, prouiderat Deus *Diuinitus* homini de fructu ligni, qui ad eundem humorem reparandum caloremque fouendum naturaliter vocat, & sic naturaliter à morte præseruabat; quod ex Diuo Augustino, & Diuo Chrylostomo colligitur.

gientur, & ad morbi causas, tam extrinsecas, quam in-  
 tinsicas oportuna quoque remedia præparauerat. Ita  
 homo pro scientia, & prudentia sibi traditas,  
 sanctas præcauere, ac deuitare facillimè potuisset, si  
 eodem innocentiæ statu permanere non detrectasset,  
 tum etiam, quia habebat intellectum valde perspicua-  
 rem, & illuminatum, qui bene nouerat, non modo  
 omnia quæ homo naturaliter scire potest, aut ei nosse  
 conuenit, habensque nimirum omnes scientias, cum  
 speculatiuas, tum practicas, & in summa callere concu-  
 pererat, quæ per discursum, tum ex natura ipsis, tum  
 ex supernaturalibus principijs sibi à Deo *Diuinitus* ins-  
 tratis deduci, ac deuari possent. Si hæc omnia Ca-  
 tholici Theologi fatentur libenterque amplectantur, qua-  
 re libere non potest, & securissimè affirmari foeda ex-  
 crementa, & putrida naturaliter fore delectura? Quip-  
 pe impassibilitas, & immortalitas, quam fatemur di-  
 uino beneficio Adamum habiturum ex rebus natura-  
 libus, promanatura erat ex ligno, scilicet, vitæ, & ex  
 scientia ipsius Adami infusa præseruante, ut supra dis-  
 cernimus. Erant etiam de futura similiter dicta excre-  
 menta, cum fuissent fructus quibus Adamus uescere-  
 tur, & unde quæque prohi, & pro conseruatione  
 solum assumpti, maximaque futura erat præstantia tē-  
 cramenti, & facultatum omnium, tam naturalium,  
 quam vitalium, & animalium, & nec cibi arte confec-  
 tæ nec oua, nec lac, nec panis, sed solum ea, quæ natura  
 sponte dedisset, absumerentur alimenta, quæ in alia  
 substantiam per omnes sui partes conuerterentur. Si  
 autem superessent partes aliqua excrementitia, in ca-  
 pillamenta, & ungues uenustati deseruientia con-  
 nigrarent, & abirent, quibus annexebatur vitæ lig-  
 num cœlesti beneficio concessum, quod calorem ex  
 propria natura roborasset & tua semper bona tem-  
 perie conseruaret; atque ita ex supposita summa Dei  
 prouidentia super hominem, media quibus hæc con-  
 sequitur erat, naturalia forent, exstante semper  
 temperamento in qualibet ætate perfectissimo.


## Antipologia pro R. P.

Mihi vero non poenitet huius esse sententiæ toties repetitæ, in qua doctissimus Poza, & alij Catholici Doctores fuere, cum quibus opinari expetibilis esse videri potest, quam cum contrarijs, quibus leui, & præpostero consilio, quæ eruditissime scripsit Poza, displicet aliter sentire. Illam enim vt veriorē amplector, vel saltim, vt Catholicam, & securam. Quare falluntur contrarij, dum tam liuide increpant, tot turbas excitant, doctrinamque securissimam in invocant, vt notent, & dānent orthodoxi iudices Theologi. Quid igitur? An in aliquam iustam reprehensionem incurrit? Quid aduerlatium facit adverbium *Diuinitus*? Nonne ex suppositis miraculis possunt contingere deinde multa naturaliter? Laudemus potius infinitam Dei sapientiam, qui ita hominem disposuerat in creatione, vt etiam quæfuisent portentosissimæ secundum naturalem ordinem, tunc euenirent diuina voluntate, causas naturales dirigente ad suos effectus producendos. Quæ igitur est prudentia in contrarijs, qui piam tantī patris doctrinam damnant, & explodunt, titulos enim turbidos confectantur, nolentes ex purissimo fonte haurire; sed sunt, vt video, isti caneleontium similes, qui non aliter perire gaudent, quam prius a qua fuerit conculcando turbata.

Nec obitar, quod opponant intestina, & alias partes suscipiendis excrementis paratas, otiosas perire, & quamuis cum de Christi, & Virginis matris excrementis superfluis disputauerimus, alia nobis vi quaerenda sit ad solutionem huius argumenti, quæ contrarij contendentes elidunt tantī patris opinionem; modo hic respondeo (sine responsione citius non futuras fore otiosas, quia nutritionem exercent, expulsionem autem excrementorum non habent per accidens, quia deficiebant excrementa propter dictas rationes supra. Vt autem peccauerunt perirentes, statim defuit manutenētia, vt immortales conseruariētur, fueruntque à Paradiso expulsi, & erant quia fructu ipsius Paradisi carebant, succreuerunt infirmitates, & corruptiones in homine, quæ propter

numeribus utebantur partes excrementorum recep-  
trices, ad quæ a fabricæ à natura fuerant confectæ, &  
qui per gratiam erat immortalis, medijs causis natura-  
libus: fuit passibilis, & mortalis factus per pecca-  
tum, & omnia præsentia mala in eo  
confluxerunt.

(i)



C 3

SECUN-

*Antipologia pro R.P.*  
**S E C V N D A P A R S**  
**ANTIPOLOGIÆ.**

*In Cætica  
 canti. n. ii*



**E** S S E Quosdam (ait Bernardus) qui scire  
 volunt, vr sciant; alij vt scientiam vendi-  
 rent, alij vt scianrur, alij vt ædificent,  
 & ædificentur; intentionem primam cu-  
 riositatem appellat secundam cupidita-  
 tem, tertiam vanitatem, quartam charitatem, atque  
 prudentiam; & quamvis difficillimi argumendi ratio,  
 eruditissimique Patris Ioannis Poza studia, & scripta  
 deterere nos poterant. ne hanc prouinciam suscipere-  
 mus, vt non ingenioli nostri vires ad periclitandum  
 exponeremus: sed quia nostra intentio non ad curiosi-  
 tatem, nec ad cupiditatem, nec ad turpem vanitatem,  
 & gratiam auræ popularis indagandæ quin tantum ad  
 charitatē pertinet, ac proinde dicere possumus, quod  
 præclarus medicinæ Coriphæus Galenus de se dixit:  
*Ego vero haud scio, qua ratione ab ipsa adol'scentia verifice, siue  
 inspiratus, siue furore percitus, siue quomodocumq; dixisse libet. &  
 vulgi f. m. am contempsi, & veritatis, scientiaque studio si graui  
 nullam esse hominibus, nec honestiorem, nec diuiniorem p. ff. siu-  
 nem ratus. ideo non est cur spes infringatur noitra mens  
 tabescat, languescat indultria, verum ardentem viam  
 teneamus, præeunte m. Pozam sequamur; nec despere-  
 mus in rebus arduis, in quibus magna est, quæ opti-  
 mis sunt proxima arbitremur, ad quæ hortatur Boe-  
 tius dicens.*

*Ite nunc fortes, vbi celsi magni  
 Duxit exempli via, cur inertes  
 Te, ga nudatis superata tellus  
 Sydera donat.*

Et Hispanorum splendor Seneca, affirmat: quod for-  
 tuna fortes metuar, præmat ignauos. Ergo vultu hilari,  
 audacter hoc rei magnæ, & simul expectandæ aggre-  
 ssus sum iter, haud quanquam in fracta spe, aut tenui  
 nostra labescente industria, non ab argumendi huius  
 maxima effusa caligine, contabescente animi vi; nec  
 am;

amplius nos perterruit, quod á nemine (saltem quod sciamus) hucusq; argumentü huiusmodi, ex instituto, sub quæstionis lege fuerit pertractatum, dempto Patre Ioanne Baptista Poza; imò hoc idem animum impulit, vt onus hoc, graue sane, & vltra vires nostras libenter sulciperemus, jocundeque amplectere mur; & Philosophiam hanc sacram prosequentes per grauitatem subiectæ acriæ, quæstionem veritarem.

*Virum Christus, & Maria Virgo solius naturæ viribus excusarunt excrementa crassa.*

**H**anc quæstionem ex D. Thoma inducemus, qui <sup>3. p. q. 14. art. 1.</sup> postquam disseruit de perfectionibus humanitatis Christi, disputat de defectibus eius, tam de ijs qui pertineret ad animû, quàm qui pertinent ad corpus: nostra igitur disputatio non procedit de omnibus defectibus, qui in corpore fiunt, seu recipiuntur; nam defectus sensibiles, qui ad corpus pertinent, quamuis inter defectus animæ numerentur, & de his certum est, se fide habuisse dolores, tristitias, timores, angores, & lites huiusmodi. Procedit ergo quæstio de defectibus, qui de se corpori conueniunt, non per animam, nec per proprias eius potentias. Sunt autem duplices defectus corporis, alij communes toti humanæ naturæ, propter peccatum primi parentis vt fames, sitis, fatigatio, passibilitas, mors; alij particulares, vt morbi, & eorû cau- & alij multi.

Dico prime: Christum assumpsisse omnes defectus corporis, qui sunt communes toti humanæ naturæ lap- & quales sunt esse, fatigari, pati, & mori; quos oportuit assumpsisse ob tres causas, quas ex Diuo Thoma, Suarez adducit. Prima est vt pro nobis patiendo satisfaceret. Secunda vt ostenderet se esse verum hominem. Tertia ad exemplum patientiæ iuxta illud Di- & Petri. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, & sequimini vestigia eius.*

Dico 2. Christus non <sup>2. Cõ. inf.</sup> assumpsit particulares defectus corporis, qui non sunt commu-

## Antipologia pro R. P.

commune toti naturæ, morbos scilicet, vel deformitates, siue alias naturæ imperfectiones, qualia sunt superflua, & crassa excrementa, quæ non per se, sed per accidens sunt resultantia ex alimentorum ethareogeneitate, & ipsorum vsu in ordinato, & ex defectu formatiæ virtutis fuit enim temperatissimus, & corpus eius non virtute naturali, quæ potest deficere, sed virtute Spiritus sancti formatum est; quare assumptio aliquos naturæ defectus dicimus, sed non contraxisse, vt notat D. Thomas. Contrahi enim illud dicitur quod simul cum sua causa consequitur ex necessitate, at causa mortis, & aliorum defectuum est peccatum iuxta illud Pauli. *Per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors;* ergo qui non contraxit peccatum, non contraxit defectus corporis, qui sunt defectus peccati, at Christus non habuit peccatum; ergo non contraxit defectus ex peccato, sed assumpsit aliquos, quos oportuit habere: excrementa crassa non assumpsit, quia non oportebat, imo ex supposito miraculo suæ conceptionis vi naturali potuit, & de facto excussauit habere ipsa, quia temperamentum eius erat ab instanti suæ conceptionis eucharatum, seu ponderabile, & corpus suum ita alimentabat, & tali parsimonia cibis utebatur, vt nullum superesset excrementum alicui parti, quod alijs non fuisset alimentum; vnde crassa, & superflua excrementa non remanebant nisi solùm illa, quæ ipsam personam Christi venustabant, qualia erant vngues, & pili; & circa horum incrementa dupliciter se habere poterat: Vno modo miraculose, non permittendo, quod plus excrescerent, quàm quoad decentiam venustatis; Altero modo, sinendo vt ipsa naturaliter incrementum sulciperent, & cum rotondendi & leuandi necessitas ad fuisset, non excutarent, vel leuare. Qui enim asserunt, & melius, pilos, vngues, & dentes non informari animam naturaliter affirmabant non fuisse vnitum Verbum hypostaticè illis & per consequens, potuit Christum assumere, & dimittere ea, quæ non fuerunt hypostaticè vnita diuinitati, vt potè per se non pertinentia ad iustitiam



antiam veri corporis humani. sed solum ad decorem,  
& venustatem, vt disputant Theologi. 3. part. q. 5.  
artic. 1.

Exsupradictis colligo: Quotquot peccauerunt in pri-  
mo parente, contrahere defectus corporis per modum  
pena; at Christus, qui non peccauit in primo parente,  
non dicitur illos contraxisse per modum pena; sed con-  
trahere per modum medijs ad finem redemptionis hu-  
mani generis, qua propter non assumpsit infirmitates,  
& defectus alios, qui imperfectionem in ipsa natura  
importabant, & non erant necessarij ad ipsum medijs  
redemptionis consequendum.

Sed nunc accedamus ad Virginem, quam fortasse  
dicant contrarij non decere in his, & alijs Christo exe-  
quari, qui solus mundus ab omni imperfectione debuit  
in hunc prodire mundum. Quibus respondemus, quod  
obstitit procul, vt cum Christi aliqua injuria de Mariæ  
Virginis perfectionibus philosophemur, & tanti filij  
gloriam propter matrem, diuam & ancillam obscure-  
mus; vni Christo hanc incomparabilem, & perpetuam  
vendicamus prerogatiuam, quod non ex virili  
semine, sed supra omnem naturæ ordinem Spiritus  
sancti viure in Virginis utero, ex puris ipsius sanguini-  
bus, hoc est ex Virginitate semine, & sanguine purissi-  
mis conceptus fuerit: quod infra secundum discursu in  
ultima quaestione vtilitabo. Nihil autem simile Vir-  
gini tribuitur, quinimo aperte fatemur, quod eadem  
ex maris, & foeminae coniunctione, & secundum le-  
gem naturæ procreata sit, peccato vitæque subijcenda,  
& ac inter filias à re recentenas, nisi eximio, &  
singulari quodam Dei beneficio præseruata fuisset,  
quominus natiui peccati sordibus inquinaretur, at-  
que per gratiam inquam non per naturam ab origi-  
nalis peccati contagione fuerit exempta. Debet it-  
em per communem legem, sicuti ceteri. *Omnes in Adam  
peccauerunt*, penas peccati cum ipso originali peccato  
contrahere, sed tanto privilegio indulta maternita-  
tis ab illis liberatur & à multis naturæ imperfectioni-  
bus, quæ etiam in radice (vt vtar ipsius Poza verbis)

## Antipologia pro R. P.

miraculosum sit, & supernaturalale, verum supposito  
virginis temperamento perfectissimo, & eucharato  
facultatum omnium dignitate, quod omne fuit mira-  
culose datum ab instanti suæ conceptionis, inde quæ  
ab ipso temperamento, & facultatibus procedebant  
actiones naturales erant iudicandæ.

Et quid miramini centores huius doctissimi viri,  
quod Virgo sacratissima habuerit tale temperamen-  
tum ab ipsa eius conceptione, si scimus quam multa  
& magna fecerit Mariæ matri Deus, non secundum  
legem communem, sed ex mera, & effusa in illam li-  
beralissime gratia, cum nullus fere terminus suæ boni-  
tatis, ac providentiæ in illa sponsa, tum tantificandæ  
tum exornanda sibi itauisse videatur? Quid ni verum  
cum summa illi facultas esset matrem, quam vellet  
ex omnibus deligenda, eam vero vellet ad hoc tantum  
munus adsciscere, quæ sibi gratissima, nec non puritate &  
perfectionibus naturæ suæ limillima foret: erat enim  
Christus temperamento eucharato, seu ponderati præ-  
ditus (quod fatentur Theologorum magna pars) fuit  
etiam Virgo sanctissima eodem temperamento præ-  
dita: caruit Christus illis imperfectionibus naturæ, quæ  
ad redemptionem non concernebant, caruit & ipsa  
Virgo eisdem imperfectionibus, utpotè mater, ex qua  
carnem assumpturus erat sine imperfectionibus.

Ceterum eiusmodi, pleraque id genus nihil mirum  
quod multi hæretici contemnant, & peruicaces pe-  
malitiam detrahant, sed (proh dolor!) sint etiam & Chri-  
tiani Catholici, qui tales prærogatiuas, aut socordes  
negligant, aut contentiosi fastidiant, aut nimium ma-  
fute respuant, nolentes Prophetarum dicta cum Evan-  
gelica veritate, & Redemptoris nostri matre pie con-  
ferre. Vidit Regius Propheta domum, ac habitatio-  
nem Messia: propriam, videndo autem quasi gratulans  
bundus in hanc vocem erupit, *Domum tuam decet sancti-  
tudo Domine*, quæ autem sanctitudo tali habitatore dig-  
na, atque perfecta sit, si cum imperfectionibus, & natu-  
ræ sordibus addamus, vel cum peccati scoria, vel fer-  
mento vnquam mixta fuisse dicatur? Vidit rursus Da-  
uid

purum, & exornatum tabernaculum, quod pro-  
 filius sibi, & Abraham in domo Iacob aliquando in-  
 habitaret, & in quo magna cum voluptate cubaret  
 Dei filius, & eius præstanti specie delectatus, exclamavit,  
*Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus.* Quem lo-  
 cum Methodius de Maria interpretatur, eamque san-  
 ctissimum, & augustissimum Dei tabernaculum vo-  
 cat; quomodo autem, hoc tabernaculum rectius rati-  
 o, & matri conuenientius sanctificatum putemus,  
 æterquam omnibus imperfectionibus naturæ carēs,  
 omnibus perfectionibus imbutum, quod sibi so-  
 lus Deus purissimum tabernaculum, sine vllis sordi-  
 bus impolutum planè elegit, assumpsit, & cōseruauit.

Barradas agens de Virginis purificatione, ait sequen- Lib. 8. c. 5

*Ratio purificationis in partu Virginis purissimo, nulla sordes  
 vitare, nulla ergo purificatione opus habuit: sanguis vero & se-  
 dimentorum effusionem in partu sanctissimo fuisse putat quidam  
 huiusmodi quæst. 12. in caput decimum secundum Leuitici, eo quod  
 una partus postulat: verum in aduersam sententiam disce-  
 runt alij. Et parum infra, Dionysium Carrullanum citat,  
 centem: Virgo non eguit purificatione, quæ nec in peccato con-  
 cepit, nec vnquam peccauit, nec alijs matribus communem substi-  
 tuendum inimò mente, & corpore purissima peperit.*

Iansenius Virginem purificationis ritu obstrictam  
 non fuisse ait, quod vt sine dolore, claustrum virginisq; vio-  
 latione, sic sine puerperij sordibus filium ediderit in  
 matrem. Galatinus non solum à sordibus partus, verum  
 etiam à fluxu sanguinis menstruo Deiparam liberam  
 esse vult: fauent huit opinioni multi sancti. Diuus  
 Epiphanius inquit; Natus est Christus per genitales  
 carnes absque pudefactione, impollutè absque in-  
 continentia. Fauet etiam Augustinus, & Gregorius Na-  
 zianzenus, Dei (ait) Filius sine vlla spurcitia, ex Virgine  
 processus est, nihil enim spurcum, vbi Deus est. Et  
 Iohannes Chrysostomus in commentarijs: Misit Deus filium suum  
 factum ex muliere, ineffabili modo, quia sine viti se-  
 ditate, & supra naturæ captū, citra vllas sordes, quia in-  
 corruptè, & purè: vbi enim Deus est, nihil illic sordi-  
 dum, & impurum est.

Iansenius  
 de Puri-  
 ficatione  
 Virginis.

Lib. 7.  
 cap. 10.

D. Epi-  
 phanius in  
 compendio  
 doctrinae.

Augusti-  
 ni. de quin-  
 que here-  
 sesibus.

Greg ora-  
 tione 40.

## Antipologia pro R. P.

Serm. 3.  
de Natiuitate.

D. Zenon Episcopus Veronensis profert, Christum nec suis nec matris lordibus fuisse delibutum, nec enim re vera (ait) aliquid circa se habere posset immundum, qui humani generis peccata, sordes, & maculas venerat mundaturus.

Serm. 1.  
de Purificatione.  
In eadem ena. libus de sexta mundi aetate; fol. 369.

D. Ille fontus profert sequentia, Virgo tanto magis libera a corruptione passionis, adolere carnis, a sordibus ignominiae quanto gratia plena, & incorrupta. In eadem sententiam venit Tornellius Nauarrensis, qui postquam tres sententias attulit diuersas, in hanc nostram inclinatur affirmans, de Virgine, sine membranis, ac secundinis ac sine vilo sanguine, ac sordibus peperisse filium, ita vt non opus fuerit matri, vno illicum filio alligare, & a tunicis, ac secundinis abscondere, nec infante in lauare, nec quicquam aliud facere, quam quod in Euangelio traditur: nempe pannis illum inuoluere, & in praeseptis reclinare. *Credimus enim (ait) totum illum sanguinem, qui ad uterum pro alendo factus prius deflueret silius erat, statim factu regresso naturaliter ad vbera reuertisse, ibique in lac. pro eiusdem infantis nutritione, fuisse conue-* sum ipsa vero secundinas tunicasque. ac naturales puerperij sordes mirabiliter fuisse consumptas paulatim vel attenuatas, ac resolutas insensibiliter euaruisse, vt non opus sit suspicari illas, quae ex diuina contritu sanctificatione contraxerant, postea minus honesto loco (vt sic) fuisse proiectas aut quareere quidnam de illis actum fuerit & sic sine noui miraculi introductione, aut miraculorum multiplicatione quaesiro responderi posse putamus. Hec Tornellius. Quae omnia de facto contigisse; partim miraculosa, partim naturalia credendum est, vt ex dicendis infra constat bit.

Hoc enim ad amorem filij, tantae matri pertinebat vt ipsam liberaret, atque defenderet ab omnibus imperfectionibus, sordibus, & naturae calumnijs, & contumelijs diuinitus. & per miraculum exhibendo (vt legitur) ab instanti suae conceptionis temperamentum ponderale, quo naturaliter ab ipsis liberaretur, & hoc causauit minor: sic enim Ouidius dixit.

*Felix qui amat defendere fortiter aude.*

Minime dicam Christum caruine hac foelicitate, igitur

ur cum ipse tanto amore prosequutus fuerit suam matrem, vt de illis merito dici possit illud euuſidē Ouidij.

*Hi duo corporibus mentibus vnus erant.*

Quis sibi persuadeat non acerrime defendisse suam delectissimam matrem ab omni spurcicia, & contaminatione foedati.

Alteram rationem placet contexere, ex doctrina Diui Augustini, qui cupiens ostendere corpus Virginis putredini traditum non fuisse, varias rationes concepsit, quas huic intento applicabo. Si non contraxit putredinem originalis peccati in anima, consequenter dicam, non contraxisse in corpore putredinem corporis maculas & imperfectiones; vt potē, que ab ipsis originalis peccati maculis dimanabant. Regula ergo, & lex in ordine ad Virginem seruata decencia fuit, & congruentia respectu talis finis, vt sic possit numerum verum sit illud Augustini. *Quicquid tibi ratione melius occurrit id scia fecisse Deum.* Sed ex natura rei, & secundum veram rationem debebat habere tale temperamentum, vt sic naturaliter operaretur sine foedis, & putridis excrementis & ergo habuit illud.

*in Sermo  
ne de Assumptio-  
ne.*

*August.  
in ser. de Assumpt.  
citato.*

Nec hoc statuere, & opinari erroris scandalum causare potest, cum ergo de se conuenientius sit, hoc sentire, rationi consonum erit, vt ei acquiescamus; quandoquidem certa ratio, & pietas postulat, vt quoad fieri posse optimam existimationem de eius mundicie naturali habeamus, & vniuscuiusque voluntas, ita debet ad illam esse affecta, vt si in eius esset potestate, & arbitrio illi concedere hoc prauilegium, & alia multa, non video cur debeat denegari.

Operæpretium nos fecisse putamus tot authorum, & sanctorum Patrum decreta ad locum transferre hic, & in hoc compendio ipsorum nomina prætexere: Est enim benignum (ait Plinius) & plenum ingenui pudoris fateri per eos profecimus, vt nostrum hoc placitum, & sententia pro proſse roboretur, vel saltem à maledictis conuictijs, contraiorum dectissimum Pozam liberemus.

## Antipologia pro R. P.

Et quamuis in his, quæ de facto contigisse asserunt hi supradicti auctores, ad miraculum recurrant, conueniētius ego cum doctissimo Poza opinior, Marianam, & Iesum ex temperamenti, & sublimis cognitionis, & perfectissimæ facultatis nutrimentis vi, omnibus crassioribus, & fœcis excrementis naturaliter caruisse, quod ex multis probat rationibus, & Conciliorum decretis deducit, quæ decernunt assumptam fuisse carnem à Verbo in ea perfectione, quæ incolis Paradisi deberetur; sed in Paradiso omnes crassiores superfluitates naturaliter non fuissent generandæ, vt in prima parte probauimus, & ibi rationes attulimus, quæ iterum videri poterunt: ergo idem dicendum est de Maria, & Iesu. Tum vel maximè, quia eorū corpora multo fuerunt perfectiora, quam eorum hominum, qui in statu innocentiæ permanere debuissent, & sic plura illis, propter beneficium temperamenti exhibiti, & facultatum, referenda sunt. Nec erat contra nitens arantia pueritiæ, & eius visibus, quia diuinitus concessum operabatur naturaliter, conuertendo alimentū in sanguinem, & humores, quibus augebat corpulentiam, & excrementa resoluebat, quæ ad ornatum non deseruiebant; quibus annectebatur sublimis cognitio, & alimentorum parsimonia, ipsorumque bonitas, hisque requisitis sine repugnantia operabantur facultates omnes, nec erant corpora debitæ extensionis incapacia, cum per alimentum in optimam substantiam conuersa extenderentur, & hæc naturæ opera, sine vlla sorditie efficebantur, & sine imperfectione defedante: nec vllam assumpsit Christus, quæ non conueniret redemptioni, & exemplo, vt dictum est.

Confirmatur hoc de Christo, nam corpus Christi Domini Spiritus sancti virtute fabricatum est; sed opera, quæ Deus facit per se ipsum, sunt pulcherrima, & perfecta, ergo conueniens fuit, vt daret temperamentum omnium perfectissimum, quale est pōderale, quo Christus operaretur naturaliter, & quo careret his defectibus.

Tandem conformatur etiam de Christo, quia per se  
non

non fuit expetibile, vt Christus hac perfectione care-  
ret, nec similes defectus nostræ deseruiebant redem-  
ptioni: ergo non assumpsit illos. Quia de causa Suárez  
inquit. Suscepisse passiones illas, & defectus, qui intrinsecè oriu-  
ntur ex corpore mortali, & toti nature communes sunt; quia perti-  
nebat hoc ad veritatem & ad similitudinem eius comp. ob. ind. am. Suscepit  
omne aliq. passiones, vel defectus ab extrinseca causa natura  
vel violentia prouenientes, sic enim interdum p. f. s. s. est frigus,  
vel calor, si gella, & crucem: regula autem seu mensura harum  
passionum sunt æterna Dei sapientia, qua definitum est quod in hoc  
genere expediret suscipere. Non autem accepit defectus qui, vel  
decentiam aliquam continent, vel communes non sunt toti na-  
tura. Hæc pulchrè Suarez.

Q. 14. in  
3. p. ar. 4.  
disp. 32.  
sect. 2.

Dicendum etiam est cum hoc præstantissimo Do-  
ctore (dicat quod velle Petrus Garcia) nullum assump-  
sisse etiam vel leuem morbum, quia non decebat, vt  
is, qui ad tollendas infirmitates nostras veniebat, agri-  
tudines susciperet.

Nec ob stare potest Christum vocari ab Elia *Virum  
dolentem & sciens in infirmitatem*. Cum hic infirmitatem vo-  
cet ipsam passionem, & corporis afflictionem, vt om-  
nes Patres exponunt & non morbum, nec morbi cau-  
sam. Errat huius redditur à D. Thomæ, *Quia morbus,  
vel agritudo non oritur, nisi ex imperfecta corporis formatione,  
que in Christo locum non habuit, vel ex aliqua immoderatione in  
vibo potu, vel ex aliqua simili causa, sciens in temperie, que  
quam longisimè à Christo abfluit.*

Quod si arguas, posse prouenire hos defectus ex *Objectio.*  
causa extrinseca, vt ex inclementia aeris, vel influentia  
coeli. Respondeo; corpus optimè temperatum quale  
fuit corpus Christi, facile reuitere, & superare huius-  
modi injuriam, vel intemperiem coeli; præsertim quia  
huiusmodi causæ nimium violentæ poterant ab ipso  
Christo vitari per suam sciētiam, secundum illud com-  
mune dictum ipsius Thomæ, *Sapiens dominabitur astris.*  
Et sic erat expediens, vt euitarentur huiusmodi defec-  
tus, qui diuinam personam non decerent, nec nobis  
essent necessarij, vel vtilis.

Ex quibus colligo, sententiam huius Doctore esse  
verissi-

## Antipologia pro R. P.

Citato lo-  
co.

verissimam, quæ affirmat. Christum Redemptorem  
si non fuisset interfectus, cum ad decrepitam ætatem  
peruenisset interire, sine morbo aliquo. Et probat ipse.  
Quia corpus Redemptoris nostri habuit perfectissi-  
mum temperamentum miraculose exhibitum, à quo  
cuncta procedebant opera, modo naturali minificata  
& perfectissimam conformationem: nullo ergo  
tempore vitæ morbum habuisset.

Si item replices primo; Si Christus non fuisset per-  
vim interfectus, nunquam fuisset mortuus, quia non  
fuisset morbus interficiens, & naturam dissoluens.

Item; Si Christus propter æquale temperamentum  
nunquam in morbum incurreret, nec etiam in senec-  
tam, cum dictum sit Christum per omnes ætates ad  
instanti suæ conceptionis habuisse hoc temperamen-  
tum, quod dispositionibus senectutis resisteret, & ipsam  
nunquam contraheret; ergo, nec unquam senesceret.

Ad primam replicam respondeo negando conse-  
quentiam, nani mors habet intrinsecam causam in ip-  
sa naturali compositione, & conseruatione humani  
corporis, ex qua fit, vt natura is calor, & humidum ra-  
dicale paulatim semittatur & consummatur & tandem  
deficiat; morbus autem non habet sufficiens internum  
principium in ipsa natura: illa enim debet iras & ren-  
silio, quæ paulatim fit in ipsa naturali virtute non ha-  
bet rationem morbi, sed naturalis dispositionis in illa  
ætate conuenientis humano corpori: quare intrinsece  
non repugnat ipsi corpori vsque ad mortem perueni-  
re per actionem mutuam caloris, & alimenti ab ipso  
proprio morbo intercedente; nam dispositio natura-  
lis in qua potest humanum corpus conseruari, habet  
certum terminum, saltem extrinsecum & statim, ac il-  
lum attingit deficit. Potest autem remissio caloris na-  
turalis, vsque ad illum terminum paulatim peruenire  
absque morbo, quæ in singulis ætatibus corpus con-  
uenienti dispositione conseruatur; Nam sicut conue-  
niens puritas est illa dispositio, sicut etiam senectus  
& alij ætatis propria. Morbus autem propriè con-  
sistit in defectu naturalis, & conuenientis dispositio-  
num huma-



corpore humano, in tali statu, vel ætate: poterat autem  
Christus nunquam carere tali dispositione, & nihilo-  
minus mori. Sic sentiunt Medina, & Valentia, qui pu-  
tant hominem mori posse per solam humidi radicalis  
consumptionem, sine morbo.

Ad secundam replicam, respondeo: Quod etiam si in *Medina*  
Christo temperamentum fuit p̄dẽrale ab instanti suæ *art. 4.*  
conceptionis, quo per omnes ætates naturali modo *Valentia*  
operabatur, fuisse tamen miraculose, & diuinitus cõ- *quest. 11.*  
cellum, vsque ad iuuentutem: postmodum, quia de *puncto 2.*  
p̄cto moriturus erat, si non interficeretur, reliquen-  
tum erat naturæ viribus & tunc ex continua actione,  
& repulsione siccitas int̄ odueretur per deperditionem  
humidi, & tandem senectus qua confectus moreretur,  
sine morbo, absque excrementi superfluis, quos tunc  
in senili ætate excussaret, & voluntarie impediret mi-  
raculose; quia defectus quos assumpsit Christus homo  
uerunt voluntarij, & saltim, vt instrumentum Verbi  
poterat impedire aliquos, & nolebat, vt cum ieiunabat  
vsque ad esuricem, & ambulabat vsque ad defatiga-  
tionem; & quando se offerebat oportunitas, vel neces-  
sitas substituendi illos; defectus autem naturam deho-  
nestantes nunquam acceptaret, sed semper impediret  
in ætate senili.

Habuit etiam Virgo huius generis multa simillima, *Supradic-  
tum est.*  
nam quæ ab omni viri congressu, carnisque volupta-  
te remota, quæ puram è suo sanguine substantiam fi-  
lio suo suppeditauit, habitura erat sanguinem purum,  
cuiuscumque excrementi superstitem, vt quæ rursus  
pura purum purè procreatura erat.

Restat etiam modo, vt satisfaciamus scrupulo, quem con-  
trarij contentiosi proposuerunt: sciicet parres aliquas,  
quæ sunt excrementorum receptacula, otiosas fuisse in  
Christo, aut saltim illis caruisse.

Huic objectioni respondeo; minimè caruisse, quia  
Christus, corpus humanum perfectum & optime dis-  
positum assumpsit, & iuxta conditionem, & statum ex  
natura rei debitum tali corpori. Est autem hæc condi-  
tio, vt corpus perfectum, & pulchrum, omnes partes

integrantes contineat, alias in ratione corporis non haberet perfectam pulchritudinem, quam in corpore humano perfecto, ac virili esse oportebat. Fuit enim speciosus præfilijs hominum, & licet Basilius, & Cyrillus hunc locum intelligant de pulchritudine diuinitatis, & alij multi sancti de pulchritudine gratiæ exponant, tamen de pulchritudine corporis interpretatur Augustinus, & Casiodorus, & alij quam plurimi: de quo videndus est Suarez. Et ratione probatur, nam ex Dico Augustino, pulchritudo ex tribus confurgit: Primo ex omnium membrorum integritate, quam fuisse in corpore Christi certissimum est, non enim accepit corpus mutilum, aut monstruosum, sed in naturali sua integritate. Sic enim docent Patres assumpsisse omnia, quæ nostra natura plantauit. Secundo ex eorumdem membrorum debita proportione, quam Garopius in sua Gigantomachia, ex Homeri sententia colligit, longitudinem hominis pulchri debere esse quatuor cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum, tsi excedatur longitudo, vel deficiatur ab ea, & similiter si deficiatur latitudo, aut excedatur ab ea, vitium suboriatur pulchritudinem consumpentiæ. Quæ sententia ita placuit Hieronymo Mercuriali, vt inter alias tamquam meliorem in colore natus, qui oritur ex optimo temperamento, & complexionem, quæ omnia fuerant in Christi corpore eminentissimè.

*Basil. in Psal. 44 Cyril. li. 5. c. 53. in Isaia.*

*Capite de pulchra longitudine.*

*Mercurialis lib. de deco ratione, cap. 6.*

Et confirmatur, quia nec per se fuit experibile, vt Christus hæc perfectione careret, nec defectus harum partium nostræ deseruiebant redemptioni, quare ad scrupulum respondeo, minime otiosas fuisse has partes in Christo, & Virgine, sed operari sumendo sibi alimentum, & trahendo, & coquendo, quod iccori non erat idoneum ad alimentum, quod autem illi non deseruiebat ad nutritionem, his in verum alimentum conuertebatur, nullis vnquam superfluis excrementis ad eiciendum remanentibus, sed solum ad resolutionem, & ad venustatem, & decorationem corporum. Vide quæ dixi in fine primæ quæstionis. Habemus iam concordem


tot Patrum (vt multos prætereamus) confessionem: confiteantur etiam aduersarij hoc idem, & qui, non sine summa impudentia, cõrenderunt scripta doctissimi Patris Pozae obscurare, & perpetuè tradere oblivioni, seu vt erroneam damnare, respiciant; alioquin eo ignorantia faciliè prolabantur, vt multa id genus naturæ arcana, quæ in Christo, & Maria reperta sunt, & quæ captum humanæ mentis superant, paruo in pretio habebunt, & alia plura, quæ perse ardua sunt, & nobis incredibilia videntur, fuisse naturalia, in sensu arduos, ac ridiculos faciliè abripi patientur.

Videant etiam pacato animo dogmata, quæ Poza scripsit, non solum Patrum sententijs esse conformia, sed etiam à Doctoribus scolasticis, & sanctis multis fuisse profecta; sinant quæ suam feracem audaciam, qua suis ingenijs, & figmentis, ita confiduat, vt aduersus Virginis excelentias palam exsipient, atque perscribant effecem, ac procius intolerabilem audacia: qui vt omnes pudoris fines transiliant, dogmata ista Catholica, tot sanctorum sententijs roborata, à Consilio supremo approbata, à sancta Inquisitione reuissa, à Summo Pontifice permissa, suis commentis, & argumentis non solum eludere non verentur, imò vt impia, & suspecta in hac condemnant, quam pulchrè in istos cõpetit, quod Irineus affirmat: Melius est, & vtilius idiotas, & paruè scientes existere, & per charitatem proximum fieri Deo, quam putare se multum scire. Et ideo Paulus clamabat, *Scientia inflat, charitas verbò adificat.*

Hæc pro hac secunda quæstione sufficiant, reliquis autem argumentis, quæ ex doctrina contrariorum emergunt, ex nostris iactis fundamentis responderi poterit, & in particulari non respondemus, ne vi-

deamur sicut illi ad nauseam scriptantes,  
& fastidientes.

PARS TERTIA DE EFFICIENTIA, & actiuitate Virginis in conceptione Christi, ac de Patri-maternitate sua.

 Dfficilem, & arduum Euripum ingredimur, qui hac, & illuc marino quodam æstû medicorum, & Theologorum metes iactat, torquet, difficultatem parat: adsunt Pyratarû conuentus: Agredimur in hac 3. part. contra eos, non nostris viribus, nec ingenio fidentes, sed omnem spem referentes ad omnipotentem Deum, & ad eius sanctissimam matrem; sine quorum ope omnis deficit ars, & omne arefcit ingenium. O Virgo Deipara, tuum imploramus fauorem per hoc mare gradientes, rumpentesque, tua aura ducti, Scillam subterfugimus, nûc vero littora propinquantes Charibdim intuemur, hoc est tertiam hanc quætionem; transire perhorrescit animus, tempestatem præfagiunt nubila, naufragium portentant venti, & nullum, præter tuum, subsidium perferunt discursus. Tu velut fortitudinis domus animum præbe, vt maris Sydes, viam demõstra; vt aurora nubes dissipa; vt Sol, tepera; vt cypreus, mentem erige; denique sicut mater Omnipotentis, & coelorum Regina nutu ventos compone, verbo vndas tranquillas facito, actiones gubernana, vt tuto ad portus metam pertingamus, & faustus nobis contingat euentus, optatamque assequamur in hac tua mer causa victoriam, quam ad futurâ beneficij memoriam, & obsequentia sigyllum, templo purificationis tuæ in hac inscriptione suspendemus, contrariorû propositiones, & statuta impugnantes, & illustris, vtius, & jocunda, lectorem non parum (vt arbitror) recreabit; vt enim apiculorum sedulum examen è floribus suauem ad mell faciendum colligunt succum, vt Virgilius ait.

*Io. Bap. Poza Soc. I.*

::::: *Liquantia mella.*

*Stipant, & dulci distendunt nectare calas.*

Simili ratione in hoc, vt in alijs operibus nō nostra modo responsa dabimus, sed aliorum grauisimorum authorum viridia libantes, idoneos flosculos capiemus, & in vnum saporē, qua possumus diligentia, reducemus. Est ergo 3. quæstio.

*An Virgo sanctissima ad generationem Christi semen præstiterit actiuum, & passiuum; possitque vocari Matri-pater Christi Filij sui.*

**V**ellem, qua possem diligentia, & breuitate ad terminum ducere has difficultates, & parum in ipsis immorari, nec enim frequenter in orē versanda sunt, vt dixit D. Bonauentura; cæterum ad maiorem claritatem earum, vt certum prius supponere decet, no vtrumque sexum maris, & foeminae semine frui proficuo, & actiuo, quidquid garriat Aristoteles vnā, & eius emulatores; nam vterque organa habet semen preparantia, vt demonstratione patebit anothomica, conquoquentia, & deferentia, vterque rursus feminat, eadem in vtroque in coitu volupras, eadem titillari o, quamuis potior in mare. Necessario item argumento semel comprobat Galenus, ex mutatione præsertim speciei, coeuntibus animalibus distinctæ speciei, tunc ex similitudine, quam habent nati cum ipsis parentibus.

*In 3. dist.  
4. art. 2.  
q. 1.*

Hoc idem strenue defendit in libris de Vlu partium, semper stando dictis, & vbicumq; de hac re fuit facta mentio, nec varius illi, vt perperam Thomas Sādus plim inconstantia accusat, quia inquit ipse Galenus lib. 1. de vobda valetudine 2. c. & lib. de Naturalibus facultatibus, negare semē in foemina admittendū; & hāc diu concurrere in generatione. Quæ nec somniauit Galenus. Quam primū, locus de tuenda valetudine, sic habet, *Sanguis, semenque genitale, generationis nostræ pri-*

*2. de femine, c. 1.  
Lib. 4.  
c. p. 7.  
Thom. Sād  
Eius 3. to.  
lib. disp.  
17. nu. 9.  
de Matri*

## Antipologia pro R.P.

morata sunt, ille seu materies quedam apta, conimique & opif-  
ci ad quod vis sequax hoc opificis rationem obtinens. Vnde colligit  
gat doctissimus Sanctius semen in foemina non esse,  
& ideo, nec concurrere actiue: nescio, imo demitot,  
nam pro semine ibi vtrumque intelligit, vt luce meridi-  
diana patet, & milles ab eodem Galeno reperitur  
vtrumque semen in vnam causam efficientem, & opif-  
ficem vnum concurrere, & vim suam exercere in qua-  
teriem, praesertim sanguinem. Quid quod est idem se-  
men vtrumque (renuente Aristotele) eidem actioni  
materiam praebet, tum organa spermatica, vt a cunctis  
medicis bene de hac re sentientibus, serio receptum est,  
ab vtroque ortum trahant. Deinceps lib. 2. de natura  
libus facultatibus. *Quemadmodum magneti lapidi trahendi  
ferri, sic semini trahendi sanguinis facultatem inesse dicimus at-  
que hic rursus, quemadmodum saepe ante coacti sumus in semine  
trahendi vim quandam inesse fieri: at, quid erat sem. n? Princi-  
pium animabus efficiens materiale, namque menstruosus est san-  
guis: Hoc loco Galenus ab alterius loci mente non re-  
cedit, fateretur enim principium efficiens semen non  
masculinum tantum, verum & foemineum; quamuis  
illud, hoc altero praestantius, & efficacius multo opere-  
tur; sanguinis autem materia vicem gerit, ex quo om-  
nis nostra corporis particula siue mediate, siue imme-  
diate suam habet originem, quia semen vtrumque ab  
vtroque item sanguine arteriali, ac venali exoritur,  
conuersum a vasis ipsis seminalibus, seu a capraeolaribus  
conceptaculis, quibus commixtum est munus ge-  
nerandi semen: & quamuis Galenus multoties duo  
raturam principia generationis assignet; semen, scilicet  
& sanguinem; per semen simpliciter vtrumque semen  
intelligit, in vnam causam concurrentem.*

Sed praeter haec duo loca, quae doctissimus Sanctius  
adinuenit, est alius in libris de vsu partium, vbi inquit  
*Cum masculo frigidior sit femina, incubum, & renuem in partu  
tatis humorem habet, quae nihil ad proles generationem confert  
ideoque suo iam officio functus effunditur, in vterum vero tribuitur  
alius marium, nempe humor.* Verum ita interpretandum  
Galeni locus, in foeminis praeter semen esse humorem  
quem

Lib. 1. de  
semine, c.  
7. & 10.

Io. Bar. Pozza Soc. Iesu.

sed iam aqueū, qui oblectet, titillet, colluat, & i-  
enerationem nihil conferre: ita enim paulò post 10  
uitur. Verum in coitu repente, ac simul vix cū semine elabatur,  
insurgit idcirco sui facit, reliquit autē tēpore paulatim exit & in-  
rdam sine sensu. Itaque constat ex ipso euidentissime, se-  
minas semen emittere efficiendi, aliqua vi præditū, &  
at in te ita spatiat, vt omnibus laudes præripuerit.  
inter medicos huius tēporis opinionem Galeni ani-  
lexantes, est Andreas Laurentius eximius anothemi  
us, qui demonstrat multis rationibus Galeni opinio-  
nem esse verissimam, & tam validis rationibus eam  
oleitur, vt quosdam philosophorū Peripateticā opi-  
onem sequentes, cogat semen foemineum admitti-  
e, sed in foecundum, & nulla vi agendi præditum, &  
oriam vim generandi actiuam virili semini tribuere,  
semineo autem materiam tantum præbere: fuit huius  
sententiæ Auerroes, Albertus Magnus & Diuus Tho-  
mas, quos acutissimè Laurentius impugnat. Nam ait;  
Huius spumosum & excossum semen fundere idem est, ac efficien-  
tiam aliquam habere, spiritus enim per arterias spermaticas de-  
dit, & ex quibus in liberis vixibus cum sanguine permix-  
tus in prima confirmatione ossificabitur? An ex ipsa ma-  
teriam materiam, spermaticas partes generantur? Agit ergo  
animatum semen, sed imbecillius quam viri, quia minus calli-  
um, minusque spirituosum. Hac præclarus iste Anotho-  
micus, qui etiam, Galeni argumentis sumptis, à simi-  
tudine parentum, à morbis ipsorum hereditariis, suā  
robatur opinionem valde consonam medicis omnibus  
huius temporis, qui ferè omnes statuunt vtrumque pa-  
ntem efficientem vim, & materiam conferre ad  
enerationem, & ex amborum congressu vnam quan-  
tam potentioorem causam fieri, inter quos est doc-  
tissimus Doctor, & celeberrimus, ingenij acerrimi,  
numquam pro suis meritis celebrandus Antonius  
de sancta Crucis, Medicus olim primarius Valleio-  
tani, nunc autem à cubiculo potentissimi Philippi  
quarti, qui subtilissime per hanc quæstionem spatia-  
re, & inquit sic, itaq; in semine reperit rationes seminales cō-  
dantes superiorū causā, & qualitates elementales, quæ sunt rationes ne. 3.

And. Lau-  
rent lib.  
8. q. 5.

Lib. de  
Hippocrati-  
ca phi-  
losophia,  
digressio  
ne. 3.  
f. mi-

## Antipologia pro R. P.

um sublunarium, & rationes seminales animalium  
quo deciditur, & omnibus his respondet aliquid in  
o semen suam habet praeuiam actionem, & dispositio  
etera instrumenta huius census. Vir hic mihi pro  
ufficiat. Qui uolet hanc sententiam euidenter  
atam videre, legat eius commentaria in libro, & ca  
e in margine citato, & non est cur in hoc longio  
m orationem nunc facere uellim; cum me huius  
octissimi Doctoris diligentia, hoc labore leuauerit.

Progrediamur ulterius ad quaestionem de concu  
rrentia actiua Virginis, propterquam, ex incipientia, haec  
sunt agitata, & in cimerijs tenebris inuoluta; narra  
tore Dello ad certam rationem eruendam opus est: in  
hac ergo quaestione facilius est aliorum opiniones re  
prehendere, quam non reprehendenda in medium pro  
ponere. Laudo tamen Peramari iudicium, & nolitis

*Li de ho-  
minis pro  
creatione  
in apen  
dice de  
Christi co-  
ceptu.*

considerationibus stabilitum non usquequaque respec  
tandum existimo. Qui primo (inquit) ad naturalem ma  
teriam generationis Christi pertinere, quod eius mate  
ria, de qua corpus conceptum est, sit conformis mate  
riae, quam aliae foeminae subministrant, ut vere in con  
ceptione Christi Virgo sanctissima Mater naturalis  
uocaretur; quare (ait) ipsam Virginem praestitisse mate  
riam, & sexum foemineum, Pater uero Omnipotens  
Spiritus sancti operatione, masculositatem, alioque  
natura necessaria, suppleuit. Et quod ita heri conue  
niens arguit ex Diuo Thoma. Primo, quoniam multa  
plicatio miraculorum sine necessitate non est admit  
tenda. Secundo, quoniam nisi ex materia eadem spe  
cie cum illa, quam aliae matres subministrant, Chris  
tus non fuisset ortus, non esset filius naturalis Virginis  
sed solus Dei Patris, qui ex quauis materia posset etiam  
producere in Virginis utero; itaque tanquam certum  
supponit Peramarius, Virginem sanctissimam semet  
sanguinem praestitisse in conceptione Christi Domini  
nostris, ex quibus illius corpus coalesceret, quam  
aliter sentit, ut supradiximus, Thomas Sanctius, con  
tra Galeni opinionem, sequens Aristotelem, qui in ma  
liere non reperiri semet aperte declarat, sed sanguine



*Io. Bap. Pora Soc. I.*

ductum ad quandam ampliorem dignitatem generatiuam matris, vt sit mater conceptum: & de hac materia, inquit, fuit corpus conceptum. Quæ quantum a ratione a veritate, satis probatum est, & hanc opinionem tenuit etiam doctissimus Franciscus Suarez, qui foetus non tantum formari ex sanguine tanquam ex materia, sed etiam, ex semine foemineo, & virili quoad partes solidiores, quales sunt vene, arterie, & nerui, & similes, magis facilius ex re crassa, & viscosa, cuiusmodi semen est, quam ex sanguine formantur. Quare si Beata Virgo habuit plenum concursum, sicut reliquæ mulieres, mater Dei vocaretur, oportuit vt semen ministrasset. Si respondeas, vt Virgo dicatur conceptisse Christum ex sua substantia satis esse, quod ex ipsius sanguine Christi corpus fuerit formatum, quacumque ratio ad hoc sit, hoc enim re vera non est satis ad veram conceptionem humanam, nec vt Virgo sanctissima sit vere Mater, sicut nec Adam dici potuit pater, aut mater eo quod Eua fuerit de costa eius formata; nec Virgo sanctissima diceretur vere mater naturalis, nisi ministraret ea, quæ reliquæ mulieres ministrant; ergo, si vere mater naturalis concepit, hoc modo concepit affirmandum est: Hæc satis probant Virginem sanctissimam materiam seminalem præstitisse, nunc vltimus probemus actiue concurrisse.

Primo, sic: indiuidua eiusdem speciei easdem habent proprietates specificas, inclinationes, & modos operandi; sed pater & mater sunt eiusdem speciei: ergo pater concurrat effectiue ad generationem, similiter & mater. Consequentia videtur colligere; matres concurrunt effectiue ad generationem filiorum: ergo & Virgo sanctissima ad generationem filij sui.

Si optime obijciatur, materem ita concurrere simul cum patre non quando se sola: vt huic contradictio respondeatur recurrendum est ad libros de posteriori resolutione, ex quibus sic diluitur contraria ratio. Quando aliquid affirmatur de duobus partialibus subiectis coniunctim se habentibus, ita vt de vno, non

## Antipologia pro R. P.

ratione alterius, si hæc disjungantur, de quo  
quæ seorsum eodemmodo affirmabitur; sed de  
parentibus, iam absolutè affirmatur, quod effecti-  
uè concurrant ad generationem: ergo licet in gene-  
ratione Christi Domini sola mater data fuerit, de ipsa  
vere dicetur effectiue præbisse concursum actiuum.

Si ulterius objiciatur; in hac generatione non da-  
tum fuisse terminum, qui à Virgine sanctissima effecti-  
tiue posset attingi, qui hic vt attingatur necessario de-  
bet esse materia simul cum subsistentia, quæ in Chris-  
to Domino est increata, ac proinde non terminus pro-  
ductionis.

Præterea; *etiamsi* generationem ex natura rei pos-  
set attingere effectiue, præcedere debent dispositio-  
nes, & alterationes, quæ temporalem requirunt tardi-  
tatem, & durant quadraginta dies in viris, in foemina  
octuaginta vsque ad perfectam conceptionem, at ge-  
neratio Christi fuit instantanea, & subita: ergo in hac  
conceptione hac efficientia fuit priuata, & nullomodo  
potuit probare concursum actiuum.

Prima ratio nullam continet vim in meliori opinio-  
ne, in qua asseritur, subsistentiam non produci ab ex-  
terno agente naturam producente, sed ab ipsa natura  
per emanationem, hac enim posita opinione datum  
fuit terminus adequatus; & ordinarius generationis  
quod tamen in contraria opinione nihil valeat, proba-  
sic. Quando causæ virtus inest ad producendum al-  
quem effectum, cuius pars vna terminet primario ac-  
tionem, & in recto, pars alia secundario & in obliquo  
et si hæc secunda deficiat, non necessario immutatur  
actio, & modus ordinarius operandi, sed natura ter-  
minat actionem generatiuam primario, & in recto,  
subsistentiam vero secundario, & in obliquo: ergo  
etiamsi generatione Christi terminus secundarius, sub-  
sistentia scilicet, creata defuerit, eadè dabitur actio, &  
modus naturaliter operandi, ac si daretur subsistentia  
creata. Maior sola eget probatione, quæ sic ostenditur  
potètia motiua rei corporeæ, quæ habet pro effectum  
primario rem ponere circumscriptiue in loco, pro  
secundario

## Io. Bap. 1

secundario aliud corpus ab eodem loco  
per diuinam potentiam deficiat secundarius  
rationis erit actio, & modus naturaliter conc  
ipius motricis facultatis, ac si non defuerit.

Tota hæc obiectio frustratur, nihilquæ continet  
ficaciae, si nobis attendendum sit ad immediatum, &  
alialem terminum generationis, qui est vnio inter cor  
pus & animam, seu materiam, quæ nunquam diuersi  
ficantur.

Ad instantiam de generatione Christi instantaneam:  
Respondo, quod etiamsi hoc totum fuerit miraculo  
sum, non tollit quominus Virgo sanctissima suum præ  
beret cõcursum actiuum naturalem, eleuatum ad mi  
raculosam illam instantaneam generationem; si qui  
dem potest Deus facere, quod terminis cuiuscumque  
actionis motricis, aut alteratricis in instanti attingatur  
a quolibet agente naturali; & sic datum fuit Virgini,  
et subito efficeret totam illam dispositionem, quam  
hoc modo, & per has qualitates in tempore effectura  
fuisset, & hoc miraculosum non abstulit actiuitatem  
Virginis, sed per ipsum prouenit ad illud perfectionis  
gradû, vt posset attingere actiue generationem Christi  
per cõcursum actiuo, sed eleuato ad tam citam, &  
miraculosam conceptionem. Quare plures Theolo  
gorum affirmant, Beatam Virginem actiue operatam  
fuisse. Et huic opinioni fauēt D. Bouauentura, & Sco  
tus, qui cum Galeni fundamento sentientes, conclu  
dunt, Beatam Virginem in conceptione Christi achi  
uasse eandem vim, quam alia matres adhibere so  
lent, tum quia alias non fuisset vera, ac perfecta mater  
Christi.

Præterea confirmatur: si Virgini sanctissimæ hoc  
negatur, est propter imperfectionem aliquam sump  
tam ab in fecunditate Virginis, at Beata Virgo prop  
ter optimam complexionem, & aetatem secunda erat.  
& ad perfectum modum generationis apta, vt ex par  
te sua naturali modo conciperet: ergo nõ propter he  
c necessitatem, quia semen semineum cum quadam  
supplementa resoluitur sicut semen maris, vt I

## Antipologia pro R. P.

...s insinuat, quia ratio hæc debilis valde est, nam  
...ia Virgine non fuit ejaculatio feminis, quæ  
...lectationem, & titillationem causat in illis parti-  
bus, sed ab Spiritu sancto semen Virginis clam fuit in-  
vterò collectum in instanti sine libidine, sine oblecta-  
tione aliqua, omni corporali, & mentali virginitate il-  
lesâ servata, vt Anselmus dicit, semen Virginis sumptum  
fuisse absque vlla voluptate, & ideo purissimum  
fuit. Et Damascenus inquit, Spiritum sanctum in Vir-  
ginem superuenientem vim ei dedisse, tum ad suscipi-  
endum Verbi Deitatem, tum ad gignendum suppedi-  
tasse.

*m.*  
*le cõ*  
*vir*  
*ginali. c.*  
*13. & 14.*  
*Damasc.*  
*lib. 3. c. 2.* Sed dices. Non propter imperfectionẽ, sed propter  
perfectionem, ad quam creatura deuenire non potest.  
Cui respondeo: nihil tam sublime excogitari posse,  
quod à Deo matri suæ ipsius meritis nõ retribuerit, quã-  
modo nulla sequatur repugnantia; & in hoc nulla appa-  
ret. Deinde opinio est Theologorum, Virginem  
sanctissimam ob eius maiorem dignitatem auamp-  
tam à Deo fuisse, & eleuatam, vt attingeret vnionem  
hypostaticam inter naturam humanam, & Verbum  
diuinum: ergo etiam eleuata Virgini nullo modo de-  
neganda est productio vnionis inter animam & corpus,  
quod cæteris naturaliter conceditur etiam suos filios  
cuni nullã inuoluatur repugnantia. Quare vis gene-  
randi filium suum non potest in virgine negari, quæ  
Spiritus sancti vi, eleuata fuit, & confortata, vt effi-  
cacius, ac velocius operaretur, hoc est, in instanti.

Et tandẽ, vterius hoc idem probo hac ratione, Vir-  
go sanctissima de fide est vera mater Christi Domini  
ergo in ipsius generatione præbuit effectiuum concu-  
sum, quam alia mulieres præbent; consequentia pro-  
batur, relatio matris habet pro fundamento proximo a-  
tione generatiuam; sed impossibile est, quod detur  
relatio, quin saltem aliquando datum fuerit fundamẽ-  
tum proximum: ergo actiue concurrat ad generatio-  
nem. In maiori tantummodo inest difficultas, quæ  
explanatur: Relatio Filij in Christo Domino erga Vir-  
ginem habet pro fundamento proximo illam velut  
passio

*To. Bap. Poza S*

tionem, quæ correipōndet a  
correlatio matris fundatur in ipsa actione  
Sed animaduertere iterū atq; iterum oportet  
quamuis in hac Filij Dei humanatione, & Incarna  
tione Pater omnipotens supplens vicem patris, nulla tu  
retardante indigeat, Maria Virgo, quæ actionē ma  
ternis debuit exhibere, eam ex se, & citra miraculum ne  
quiret in instanti præstare, nisi is, qui vim Patris supple  
uit, sua etiam omnipotētia (vt diximus) efficaciam ma  
terni seminis eleuaret, & infinitum augetet, nam quæ  
cumque finita virtus tempore indiget ad actiones, nul  
la tam celeris excogitari potest, vt in instanti perfici  
antur: at Christus Dominus in ipso conceptionis ins  
tantiali momento fuit conceptus, conformatus, & eni  
matas, & tres tunicæ amnios, sarciniosa, & corion,  
vena, arteriaque vmbilicalis, & quæ ab his nascuntur  
cuius venis, & arterijs Beatissima Virginis copulata  
a Deo Patre, Spiritus sancti obumbratione sunt pro  
ductæ, & ita Dominus noster, sicut nos cum materis  
nostris, per eadem vasa fuit ligatus cum vasis vteri Bea  
tissime Virginis. à quibus nutrimentum accepit, hoc  
dempto, quod nullus fuit excrementorum crassorum  
concreta, quæ in tunicis paratis a natura solent in par  
tum coaceruari: hæc enim, fastidiosa, vtpote indecētia,  
& ipsam personam, & suppositum dehonestantia, in  
quo Peramatus aliter sentit, & opinatur, qui inquit,  
quod sudore intra amnium contento, & vrina in tunic  
a formicosa coaceruata, Christi corpus aiebatur.  
Quam tum Peramatus hallucinetur, patet; nam hæc  
excrementa, sudor videlicet, & vrina in reliquis matre  
bus præire debent pro partus facilitate; at Beatissima  
Virgo his adiutorijs non indiguit; erat enim diuinus,  
omni humana facilitate facillior futurus; quare quæ  
excrementis Peramatus affirmat, nullo modo tam  
miraculoso, diuinoque conceptui quadrare possunt, vt  
indecorantia personam Christi, & ad redemptionem  
non pertinentia; & rationabilius videtur, vt manus vi  
tæ ab huiusmodi excrementis seruariantur in  
ca; & Ioseph tam cito, tam munde, tam

## Antipologia pro R.P.

entrem vacuatum, & infantem editum, sine  
sine sanguine, impletū experiretur, Quod in  
atum est de Spiritu sancto fuisse.  
unc accedamus ad Patri-matris, seu Matri-patris  
lignitatem, & vt obiectam calliginem amoliamus,  
lucem veritatis ab illis mutuemur, qui hoc Patri-ma-  
tris nomen pluribus animantibus adæquarunt, & im-  
posuerunt; cæterum quia contrarij, virulenti animi  
aceruitate, opinionem doctissimi Ioannis Baptiste Po-  
za, vt hæreticā damnant, videbunt modo quam ineptē  
& peritrigiosè conuitia imponant, & maledicta im-  
putent, quæ ex responsione ad retractationes exi-  
nomine Cascalis manuscriptas Hispano sermone, col-  
tabunt, & ipso idiomate, quoad nostras manus peru-  
nerunt, responsum dedimus, vt eorum imbecillita-  
nos consulere, aut turpius contrariorum errorū  
occurrere (qua possimus charitate) studeremus, & vt  
sibi certius persuadeant, nobilissimum hoc nomen Pa-  
tri-matris Virginis posse adæquari, siue metaphoricè,  
siue allegoricè, siue analogicè, & non solum Virginis  
verum etiam Patri æterno posse adaptari, vt à Syne-  
sio canitur, sic

Hymn. 2.

*Tu pater, tu es mater,  
Tu mas, tu femina, &c.*

Et alibi.

Hymn. 3.

*Radix & summus ramus  
Famina est mas,  
Inest quod parit,  
Inest quod paritur.*

7. De Ci-  
uitat. Dei

Et D. Augustinus ex mente Sorani, matrem simul, & patrem nominat Deum.

Psal. 25.

Et Ricardus ait: Sis pater, aut mater, aut vtrumque pater, & mater. Si hoc ergo de ipso Deo dicitur, hanc etiam prerogatiuam, & hanc dignitatem cur Virginis contrarij tam ineptè conantur auferre. Nolumus in humanioribus literis immorari, sat habentes, vt cum animalibus castissimis similitudines afferamus, vt quædam modo saltem similitudinario Patri matrem, aut vtrumque Patri-matrem Virginem Deiparam vocare possimus.

## Io. Bap. Poza Soc. Iesu.

Sed contrarij alia via, & ratione oblatra-  
ces, quod Pater Poza, nec somnauit, vt leg-  
tobit per hæc ipsius verba: *Hinc facies Deiparam, quæ ei-  
visimis sanguinibus totum Iesu corpus & formauit, aut saltem ...  
erian anima receptricem contulit, paternum aliquod munus præ-  
fuisse, illa enim pars corporis, aut materia, quæ à parente creato in-  
ferri debuit, integre donata est à Maria; ergo ex hoc capite Matri-  
ter nominari poterit, quamquam id assertum manifestum sit, nec  
expediat virum Catholicum affirmare fuisse aliquam partem cor-  
poris Iesu in prima conceptione, quæ ab extrinseco fuerit illata,  
vel quæ non à Deipara visceribus fuerit assumpta. Et post  
multa sanctorum testimonia, hanc veritatem Catholi-  
am confirmantia, subdit infra. Huius coloris passim occur-  
unt testimonia Patrum, ex quibus & ratione philosophica & me-  
tica, quam nuper producebam, compertum est, Deiparam solum, quo  
ad materiam conferendam: paternum munus exercuisse, illam enim  
corporis partem, quæ à viro fuerat conferenda, Maria de suis vis-  
ceribus suppluit; propterea nemo piæ, & doctæ fidei negabit,  
quæ seminam quodammodo esse Patri-matrem, doctissimus  
Poza, hanc dignitatem Patri-matris, sic in Virgine re-  
citeri suadet, quod contrarij voluntant, & in crimem pe-  
culiare, & graue transformant: nos vero in depellen-  
dis aduersariorū argumentis finem faciemus, si vanum  
illud commentum eiecerimus, quod doctissimo Po-  
ze obiectant, & illum tamquam de hæresi, seu de hæ-  
resi finitimo reprehēdunt, eo quod dicat doctissimus  
sic vir, Virginem sanctissimam paternum aliquod mu-  
nus exercuisse, vt Patri-mater dicatur; namque in fabri  
humani corpori pater etiam materiam præbet, vt  
vtraq; materna, scilicet, & paterna ista architectu-  
componatur, nec enim verisimile est, quod aliqui  
philosophi Peripathetici aiunt, patrem seminis effica-  
cia ad inductionem formæ incumbere, quim mate-  
ria etiam spernaticam spiritu informandam suppe-  
ter. Assert Poza suo acerrimo ingenio argumentum.  
si ista non fuisset, fieret ex ea philosophia filium non fore consangu-  
um patris, cum nihil de ipsius semine, seu materia retineat quem-  
inductum qui baticu, aut si imine fumigantem candelam facit re-  
sistere, nihil in ea de substantia sua relinquit. Sic, non per-*

*ologia pro R. P.*

paterno semine illo, nec proles, nec  
patris diceretur; semen ergo paternum  
est principium actiuum, a quo, tâquam ef-  
fipificè fit conformatio, sed ex quo tâquam  
a spermetica partes generantur.  
qua firmanda veritate est alia ratio validissima,  
a foetus aliâs patri, aliâs matri similes esse contin-  
e, vt characteris mâtâ paterna, quæ ab ipsis patribus  
repromunt, hoc idem ostendunt; vnde artriticus artri-  
ticum, epilepticus epilepticum, Gallicus Gallica-  
tum gignit; quod in actiuitatem paterni seminis so-  
lum non est reiiciendam, namquè actiuitas patris ad  
productionem prolis conducet, non autem ipsa sola  
singularium partium idem in se continet, nisi simul  
cum actiuitate foemine seminis admisceatur, & ex  
vetroque fiat vnum principium actiuum, & passiuum.  
Si hoc ita non fuisset quid factum erit ex masculino  
semine? Mansit in vtero? Minime, quia putresceret.  
Migravit in vaporem, & fuligines? Quid absurdius?  
Misceantur ergo ad perficiendam corporis humani fa-  
bricam.

Hæc autem Patri-maternitas, quæ in Maria ex mi-  
raculo reperitur, in multis animantibus obseruatur,  
quæ vere sine philosophica repognantia Patri-matres  
vocantur, & cum illis habet Virgo Maria aliqualem si-  
militudinem; nam sicut illa sine coitu vlllo integra  
sunt causæ naturales materiales, & efficientes sui foetus,  
sic Maria obanibrante Spiritu sancto, & miracu-  
lose succurrente, integra fuit causa materialis, & effi-  
ciens corporis Iesu Christi Domini nostri, exhibens  
materiam, quantam exhibere oportebat, vt ex ea cor-  
pus Christi Domini coalesceret, & omnes partes fa-  
bricarentur, & per eicuatidnem operata est supra id  
quod aliæ mulieres contulerunt, & concursum effi-  
cientem, & materiale alijs matribus inuictum, ipse  
ola præstitit. Pro his stat, quod Euodius inquit, Vir-  
ginis conceptionem, qua genuit Iesum, similem esse  
modaminodo alijs, quæ in natura reperiuntur, vt i v-  
tiduum, maternum, scilicet, & pa-  
ternum



emvni concursum præstat. Item.  
dem confirmat, & Philo summæ a.  
or. hæc ait. *Summa sapientia, & pulchritu.  
more capta, & ex illo, quasi ex marc. semina con.  
communem amborum progeniem.*

Hanc similitudinem non tacere multi P.  
in eadem arena certantes, rem, propositis etia.  
tis illustrarunt, minus, vt credibile videatur in.  
contingere potuisse miraculose, quod naturæ vi  
as animantibus concedi res ipsa com monstrat, o  
elque gentes experiuntur; suppetunt enim mul  
tiple exempla quibus com monefacti ad hanc veritatem  
comprobandam, & ampliandam facilius promoue  
buntur contrarij.

Diuus Ambrosius, de apibus mentionem faciens, <sup>L.</sup>  
quas idcirco laudat, quod communis sit omnibus in <sup>Hexa.</sup>  
tegritas corporis virginalis, & partus; quoniam nec <sup>cap. 21.</sup>  
illo concubitu miscentur, nec libidine resoluntur, nec  
partus quatiuntur doloribus & subito maximum filio  
rum examē emittūt; quod idem Virgilius facit dum

*Illud adeo placuisse apibus mirabile morem,*

*Quod nec concubitu indulgent, nec corpora sguet;*

*In vncem solvant, aut fetus nexibus adunt,*

*Verum ipse folijs natos, & suavis herbis,*

*Ore legunt.*

4. Geor-  
gi. 471176

Qui ergo apes Matri patres vocant, eo quod prolem  
sine concubitu dare possunt, Virginem etiam sancti-  
ssimam Matri patrem hac eadem ratione nuncupabūt,  
quia caro Christi Domini in utero suo virgineo, ex ip-  
sius sanguinibus sive patre formati est: cur ergo hoc si-  
ne erroris suspitione, aut hæresis non affirmabimus  
de Virgine sanctissima, quæ sine patre naturali pepe-  
dit filium; ad cuius conceptionem catholicè opinamur  
præstitisse semen, & extraxisse Spiritum sanctum, quæ  
vitæ mater duplicatam ex ipsis sanguinibus pu-  
rissimis, quæ alias ad corpus quodlibet naturale rite  
formandum erat necessaria, & quam pater naturali  
suppeditare solet in conceptione f

amur exempla; vultures etiam Patri matrem  
 cantur, eo quod sine concubitu conjugali  
 maculorum semine concipere, & sine con  
 iugatione generare possint, natosque ex ijs in multu  
 rem procedere affirmant authores, vt vsque ad cen  
 tum annos vita eorum producat. Quod etiam Bas  
 ilius ad Mariam sanctissimam applicat dicens. *Qua  
 erit, quod virgo generauit? Et impossibile inuicta, cuius pud  
 rem nulla viri consuetudo temerasset, existimant partum? Impossi  
 bile putatur in Dei matre, quod in vulturibus possibile non  
 tur? Auis sine masculo parit, & nullus refellit, Et hac de causa  
 vocatur Patri-mater, & non propter aliam; sequamur  
 intentum Basilij. Et quia desponsata viro Maria peperit, pe  
 doris eius faciunt questionem? Nonne aduertimus, quod Dominus  
 ipsa natura plurima exempla ante praeiussit, quibus suscepta  
 carnationis decorem probaret, & adstrueret veritatem. Et cum  
 dem Basilium de eadem re disserentem audiamus. *Ye  
 admirabilis, inquit, haec generatio crederetur nihil in se conti  
 nere, quod suspecta esset fieri, aut prorsus incredibile etiam apud  
 eos, qui perperam affecti difficile approbant, quae concernunt diu  
 nam dispensationem, rerum opifex animalia quadam creauit, quae  
 citra copulam complexumque masculi, queant eniti, ac partum ede  
 re per solam feminam, talia enim de vulturibus produunt memoria,  
 qui de animalium naturis scite tractarunt. Imo ex insitiu  
 alia multa, & varia a physiologis, ex piscibus depropta  
 Lib. 21. & a Diuo Augustino de equis in Cappadocia, ne plus  
 de Ciuit. quam oportet longam traham in his scribendis mo  
 Dei, c. 5. ram. Si ergo similitudines has tot sancti afferunt, tot  
 Doctores admittunt, & ista animantia Patri-matres  
 vocant, propter in contaminatum libidine, & concu  
 bitu partum, quare eadem similitudine non vocabimus  
 Virginem sanctissimam Patri-matrem, aut Matri-pa  
 trem, a qua totam materiam, ex qua oportuit Christi  
 generari, sine nono miraculo suscepit. Iuste igitur, &  
 rite haec dignitas, & praerogativa Virgini sanctissima  
 conuenit siquidem per amorem Spiritus sancti, & eius  
 operationem, ex carne Virginis diuino partu natura  
 totam sufficientem materiam ad tale opus minis  
 trauit.**

In cap. 7. Isai.

Lib. 21. de Ciuit. Dei, c. 5.

Delirant ergo cōtrarij, & te o cōslo abē  
s. in hæreticam hanc Patri-matris denomi-  
n. Virginē sanctissimā, cæcutiant quē dum pe-  
mpouunt multa doctissimo huic viro, quē in sa-  
dario non habentur, sed somniantur, & male ex  
uidam conclusionibus manuscriptis collegerunt  
quum est, vt Mariæ sanctissimę hunc titulum M:  
aris non auferant, sed respiciant, & hęc excelent-  
legitatem pijs oculis inspiciant.

D I X I.

Hęc quæ diximus pro nostro quidē modulo de sa-  
cratissimæ Virginis puritate, scēcūditate, & actiuitate,  
atq; de Patri-maternitate, seu Matri-paternitate in tres  
quæstiones distributa; ipsi Ecclesiæ Romanæ qualia-  
cumq; sunt subijcimus, quam semper confitebimur, nō  
interim nos fugit permulta in hoc argumento a nobis  
prætermissa, vel non satis diligenter excusa, aut citē  
nostris aduersarijs non vsquequaq; placitura esse. Nihil  
ominus a te augustissima Regina obsecramus, vt hoc  
qualecumq; nostræ obseruantię erga te testimonium  
comum, & gratum habere vellis, vtq; oblato muneri cxi-  
guitate studiosa offerentis voluntate mectiri, ac tuo  
præpotenti filio comprobare digneris; contrariorum  
iudicia, velut fragiles araneorum telas minus morabi-  
mur, tuo si suffragio noster hic labor non dicam com-  
mendetur, sed saltem excusetur, tuoquē patrocinio ad-  
uersus contrarios nostros defendatur, atq; fulciatur.  
hac enim securitate fiet, vt ab omni quantumuis exi-  
tiosa peste, seu ma<sup>l</sup>-dictione tuti simus, & secure sub-  
sistamus, quamui<sup>s</sup> medicantes noctu, hoc est racite,  
& latenter ingruant, vel interdū, hoc est palam, ex  
aperto Marte grauentur: quantum ad nostrum conse-  
quendum finem satisfuisse arbitror, has qualescumque  
opiniones quas pro nostra sententiā adduximus Catho-  
licas esse, & minime Ecclesiæ sacrosanctæ contrarias,  
seu ab ipsa reprobatas, sed a viris sanctis comprobatas,  
quamuis in illis opinantes (quod quidem nego) fallere  
mur. Sit honor Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Amen.

Doctor Simon Ramos.

